

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Frankofurti, 1625**

Seqvntvr porro thematvm fvnebrivm decimae classis [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

## H A C T E N U S

*Themata ex veteri Testamento, quæ Dispositionibus centum & viginti septem sunt explicata: si iuxta seriem Dispositionum illa numerare velis.*

Si quis vero ea quæ hæctenus sæpe coniunctim tractata sunt, accuratius numerare velit, & ex vna Dispositione duas, tres aut plures velit extruere conciunculas (quod exempli causa, ex Dispositionibus Thematum præcedentium 116, & 121. item Psalmi 90. aliorumque plurimorum fieri potest facillime) prodibunt Themata C L. & ultra.

Liberum autem lectori, ut tractare, sic etiam numerare hæc omnia pro lubitu.

F I N I S T H E M A T V M  
veteris Testamenti.

## S E Q V V N T V R

PORRO THEMATVM  
FVNEBRIVM DECIMÆ CLAS-  
SIS, EX NOVO TESTAMEN-  
to defunctorum Disposi-  
tiones.

*Centuria V. & Vltima.*

## T H E M A I.

Matth. 7. v. 13. & 14.

*Introite per arctam portam, &c.*

## D I S P O S I T I O.

CVM Christus interrogaretur ab aliquo, Luc. 13. v. 23. An pauci sint salui futuri, responderet illi pene iisdem verbis quæ in principio huius loci prædicti exstant: Contendite intrare per angustam portam. Ex qua responsione Christi facile conicere, quando Christus hoc

hoc loco & Luc. 13. de via & porta loquitur, sermonem esse de via ad cœlum, & ianua ad vitam æternam.

Cum autem nemo sit omnium mortalium, qui non ipse *etiam* cupiat saluari: at vero Christo teste, plurimi sint, qui à vera via aberrant: operæ pretium erit de his accuratius cogitare.

Quia igitur Christus de duplici via & duplici porta loquitur: nos etiam de utraque sigillatim aliquid dicemus. Et 1. quidem de angusta, 2. de spatiosa: quomodo hæc comparatæ Tertio, Locos communes subiiciemus.

### I. Pars.

1. Viam ait Christus, esse arctam siue strictam. Et portam angustam.

2. Eamque esse, quæ ducit ad vitam, ad cœlum.

3. Paucos quoque hanc viam inuenire asserit.

Hæc erunt paulo alius repetenda.

I. Quod viam & portam vocat, similitudo est, & significat accessum ad vitam & salutem. Designat hoc loco simul etiam fidem & vitæ institutum, siue doctrinam de fide & moribus, qua docemur venire ad vitam.

II. Quod arcta & stricta dicitur, non fit hanc ob causam, quod Deus paucos velit saluari. Ille enim viam omnibus parauit, & portam aperuit latissime, dum ad prædicationem Euangelii omnes vocauit, Esa. 65. vers. 11. Aperiuntur portæ, &c. At angusta vocatur, quia certis est cancellis verbi diuini inclusa, vt non liceat neque ad sinistram neque ad dexteram euagari huic qui saluari vult, Deut. 5. v. 32. & 17. v. 11. & 28. v. 14. Secundo vocatur angusta & arcta, quia oportet per multas tribulationes ingredi regnum cœlorum. Actor. 14. v. 22. Et quia hic nullus locus voluptatibus mundanis relinquitur. Sicut Christus ingressus, Luc. 24. v. 26. Et breuiter Christus est hæc via, Joan. 14. v. 6. & hæc porta, Joan. 15. v. 8. quæ ducit ad cœlum, sed per varias afflictiones.

III. Quare autem pauci dicuntur inuenire illam?

Quia

Qua part  
Anatell  
abcondit  
Ideoque  
10. 1. Pet.  
Human  
venit vitan  
ce 14. v. 2  
mbulation

Unum  
genam celo  
diuinus.

1. Præ  
operit cele  
illa ve

1. Ec  
paradictis  
explicand

1. Via  
ostendit  
isilequon

1. Veritate  
uas ad dext

1. Via d  
vino mait

1. pmo cogit  
rum & mo  
foculit me

1. Ec  
hypocritar  
vent ad D  
rationis f  
u, &c.

III. N

Quia pauci illam quaerunt, vt decet. Animalis homo nihil intelligit, 1. Cor. 2. v. 14. Et mysteria rationi humanae abscondita sunt, 1. Cor. 2. v. 7.

Ideoque lucernam verbi accendi oportet, Psal. 119. v. 10. 1. 2. Pet. 1. v. 19. & oculos fidei aperiri.

Humana enim ratio, quae caeca est, per se nunquam inuenit vitam. *Et contendendum est, vt intremus per hanc, Lucae 14. v. 23. Non mus, sich da hinein tringe, per varias tribulationes, & scandala mundi, per varia obstacula.*

## II. Pars.

Biuium obitici hominibus, cupientibus ingredi regnum caelorum, Christus ostendit. Et de via angusta iam diximus.

1. Praeter illam alia etiam latissima se effundit via, & aperit sese porta spatiosissima.

2. Illa vero est quae ducit ad interitum.

3. Et plurimi inueniuntur hac via ambulantes. Ex praedictis quidem hoc constabit facillime, tamen paucis explicandum. Quia magni momenti res.

1. Via lata & spatiosa porta non ea est, quae hominibus ostenditur in verbo Domini, sed est ratio doctrinae, quam ipsi sequuntur, iuxta ductum carnis & rationis humanae. A veritate enim, quae simplex est via, innumera sunt deuia ad dexteram & sinistram.

Et via dicitur lata & porta spatiosa, quia qui sectantur huius mundi studia, & indulgent voluptatibus, aut propriis cogitationibus, illi non tantum sentiunt arumnarum & molestiarum sicut pii. Diabolus enim suis non tot facessit negocia.

II. At haec ducit ad interitum, Phil. 3. v. 19. Quia nec hypocritae, nec iustitiarum, nec imponentes sese conuertunt ad Dominum, qui vera via est, sed sequuntur ductum rationis suae, vel Diaboli, 1. Cor. 12. v. 2. sicut ducebamini, &c.

III. Multi inueniuntur in hac via. Quia semper plures

res

tes delectantur mendacio quam veritate: plures diligunt  
& sequuntur mundum quam Christum.

### III. Loci communes.

I. Semper minor pars hominum viam ad salutem ingreditur: quia est difficilior, quam via quam mundus ingreditur. Ideo pii dicuntur, *Grex pusillus*, Luc. 12. Licet enim infinitus sit numerus saluandorum, per se tamen respectu immensæ multitudinis pereuntium, est pusillus grex qui arctam ingreditur viam. Nos itaque contendamus per eandem in cœlestem patriam.

Estque hic plane contrarium obseruandum, quam in profectioibus terrenis. Ibi sequimur viam, quæ maxime trita & spatiosa est, *Qua man am besten dan fort kommen*.

At in cœlum tendentibus via angusta & difficilis est perendum. Iter quidem molestum: at inuentum domicilium quod perimus, 1. Cor. 5. v. 2. Heb. 13. v. 14. iucundû & gratum erit *Mansio perpetua*, Joh. 14. v. 2. Vbi delectatio, Psal. 16. in fine.

Errant itaq; i. aduersarii, qui religionem multitudine amplectentium æstimant. Dicunt illi, Nos habemus ingêrem multitudinem Pontificum, Regum, Cardinalium, Doctorum, &c. Vos vnum & alterum habetis Principem, &c. Resp. *Eben das ist ein böses Anzeigen*, quod tam multi ambulant vobiscû. Semper plures erant Idololatræ quam Orthodoxi. Elias cum paucis millibus superest, cum cæterorum innumere sint myriades, 2. Reg. 19. Pauci electi, Matt. 22. v. 14. Non multi nobiles, 1. Cor. 1. v. 26. Noa cum suis exiguo numero seruatur: cæteri omnes pereunt, Et quantus numerus semper fuit gentilium, estque adhuc Mahumetanorum, &c. Ergone propterea illi veram sectantur religionem? Contrarium verum est.

Errant 2. etiam nostrates, qui multitudine peccantium volunt excusare sua scelera. *Ich bins nicht allein*. Ita sane multi sunt qui ambulant in via lata. Hoc est, socios comi-

centes ad g

per v. 17.

Il. D.

re sic nos

nat ab hac

inuitis, au

21. vel. 24.

secum sum

nec erecta

mici, vindi

ab. Illa op

deus, quo

Ziost h

teat. Sic

rombus scel

Marth. 21.

III. Qua

in sua Reli

Non om

Virgum

Omnes

at cœlestis

quæ in pac

Matth. 22.

Per. 17. 9.

Ex voca

est. Matth

Neque

tatum,

non agno

THEMA II. EX NOVO. TEST. 415

comites ad gehennam quærere, non excusare peccatum  
Syr. 7. v. 17.

II. De via arcta & porta angusta sæpe cogitandum,  
ne sic nos hanc viam ingressuri oncremus, vt excluda-  
mur ab hac porta. Non capit hæc porta onustos diuitiis  
iniustus, auaritia, &c. Thûr ist zu eng / der Sellsack / Job.  
31. vers. 24. mag nit hinein. Alii hastam oblongam volunt  
secum sumere ingressuri hanc portam, quæ nec transuersa  
nec erecta nos introire patitur: Hi sunt qui inuidi, ini-  
mici, vindictæ cupidi, contentiosi, amari, &c. sunt erga  
alios. Illa opera carnis coniunguntur. Gal. 5. v. 19. & præ-  
dicitur, quod non possunt ingredi.

Ebrii hencfen zu viel Slaychen an sich: non intromit-  
tuntur. Sic de cæteris. Porta capit non nisi nudos ab om-  
nibus sceleribus, & indutos veste nuptiali. Christo, fide,  
Matth. 22.

III. Quantum errent, qui existimant, vnumquemque  
in sua Religione saluari, hinc facile patet.

FINIS.

THEMA II.

Matth. 7. v. 21.

*Non omnis, qui dixerit mihi, Domine, Domine, intra-  
bit regnum cælorum, &c.*

DISPOSITIO.

Omnes omnino homines ad communionem doctrinæ  
cælestis vocatos esse diuinitus, ab exordio mundi vs-  
que in præsentem diem, ex Parabola Matth. 20. vers. 1. &  
Matth. 22. v. 1. aliisque scripturæ locis, 1. Tim. 2. v. 4. & 2.  
Pet. 2. v. 9. Rom. 10. v. 19. Col. 1. v. 23. patet.

Ex vocatis autem, paucos electos ipse Christus author  
est, Matth. 20. v. 16. & 22. v. 14.

Neque vero à consortio regni cælestis exclusos eos  
tantum, qui vocari non comparuerunt, hoc est, Deum  
non agnouerunt, vt Gentes, Turcæ, Iudæi: sed & inter  
co

eos, qui comparuerunt vocati, & Euangelium amplexi sunt, & qui fidem Christianam ore profiteantur, multos exciudi præter ea, quæ modo allegauimus loca, etiam verba prælecta testantur. Vbi hos etiam à se dimittit Christus inanes, qui Domine, Domine dicunt.

Multum itaq; refert scire, quinam Regni cælestis certi sint hæredes, qui vero non: ne quis forte seipsum decipiat.

Videamus igitur Quinam ex his qui Christianismum profiteantur, pro veris Christianis & hæredibus Regni cælestis olim agnoscendi sint: qui vero non. De falsis primum, deinde de his veris Christianis dicemus.

### I. Pars.

*Non omnis, qui dixerit mihi, Domine, Domine, & cetera:* Mirum videtur possit, cur hoc agit fecit Dominus. si dicatur: Domine, Domine, cum hoc ipsum Dauid frequentè dixerit in Psalmis.

Fortassis horum tantum oratio nõ placet, quos absoluto quodam decreto reprobat Deus, vt nonnulli fingunt. Illi si maxime vellent etiam facere officium, non sunt grati, &c. Neutiquam hæc est sententia.

At notanda sententia Christi, quæ aliud infert. Non damnat eos, qui ipsum agnoscunt & celebrant Dominum, sicut Thomas, Dominus & Deus meus, Joh. 20. v. 29.

At nõ omnes illos docet sibi placere: qui verbis ipsum profiteantur Dominum. Ratio. Quia multi verbis profiteantur se Deum scire, at eundem factis abnegant: sicut Tit. 1. v. 16. Paulus ait Pseudo Christianos & hypocritas intelligit: qui aliud ore prædicant, aliud factis demonstrant. Imo in sequentibus clarius exponit, quinam sint tales: etiam hi interdum, qui in nomine eius prophetent, imo qui etiam miracula edant. Possunt enim illa dona prophetiæ & miraculorum interdum impiis conferri: qualis erat Iudas Ischarioth. Prophetarunt etiam Belem, Num. 23. vers. 7. & Caiphas, Ioan. 11. vers. 51. Quin & Saul

& Saul inter Prophetas, 1. Sam. 19. v. 24. Eiecerunt etiam filij Sceuæ dæmonia, Act. 19. vers. 14. at non sine damno. Ideoque Apostolus talem fidem miraculosam etiam reiecit, 1. Cor. 13. vers. 2. si maxime montes possit quis transire. Externa enim non respicit Deus, sed cor intuetur; & aliud requirit, quod placeat ipsi, de quo in 2. parte.

L. Sicut multi PseudoProphetae, ita semper sunt PseudoChristiani, *MantChristen / ScheinChristen*. Multi egregie sciunt loqui de Domino, & possunt prophetare, id est, annunciare in alius ingentia Dei beneficia & miracula: qui tamen non placent Deo. Neque vero Deo ulla culpa damnationis tribuenda: sed ipsis, quia sunt hypocritæ. Quia *cor non est rectum*, quod de Simone Mago dicitur, Act. 8. v. 21.

Speciem habent pietatis, at vim eius abnegarunt, 2. Tim. 3. v. 5. De talibus Dominus, Psal. 50. v. 16. Quare verbum meum in ore tuo, qui tamen odisti disciplinam, &c.

Vbi quoque enumerantur singularia vitia, quibus Deum offendant. Vide ibi vsque ad v. 21.

Odit enim Deus fictam illam sanctimoniam, in quam inuehitur per Prophetas sæpissime. Elai. 29. v. 13. & 48. v. 1. & 2. & Esa. 58. v. 2. Hier. 5. v. 2.

Sic Christus Phariseos hoc nomine reprehendit sæpissime. Matth. 15. v. 7. 23. v. 13. & sequentibus, sepulchra dealbata vocans, Matth. 23. v. 27.

Vsus huius loci sit is, 1. Ne piceas nostra sit ficta, Syr. 1. v. 56. & 18. v. 23. *Lass dir Ernst sein!*

Cor intuetur Deus, 1. Sam. 16. v. 7. Psal. 7. v. 10.

2. Neminem nos iudicemus, vel probando vel condemnando, qui externam speciem habet pietatis: quia non sumus *xepdo v. 54*. Quod soli Deo [1. Reg. 8. v. 39.] conuenit. Vide 1. Cor. 4. v. 5. non ante tempus.

### III. Pars.

Quinam autem pro veris Christianis habendi sint, iam porro Christus paucis verbis ostendit: *Qui fecerit*  
Dd *-volut-*

*voluntatem patris mei celestis.* Hoc loco mox respondebunt nostrates: *Quæ est igitur voluntas Domini, ut faciamus illam? Es soll an vns nicht sehen.*

Facere autem voluntatem Dei, est facere iuxta verbum ipsius, in quo suam voluntatem nobis Dominus patefecit.

Breuiter autem, hæc est voluntas Dei: vt 1. recte credamus, 2. & ex fide pie viuamus. Hanc esse Dei voluntatem, patet ex his scripturæ locis.

1. Primum de fide sic ait Christus, Joh. 6. v. 40. Hæc est voluntas Dei, vt qui videt & credit in filium, per cum habeat vitam. Id ipsum etiam opus Dei vocat, Joh. 6. v. 29. Et quod hæc sit voluntas patris, vt audiamus filium, & credamus, vox Patris de cælo testatur, Matt. 3. v. 17. & 17. v. 5.

2. Deinde est voluntas ipsius, vt sancte & pie viuamus, 1. Thess. 4. v. 3. Hæc est voluntas Dei, vestra sanctificatio. Et id testatur ipse, Leuit. 19. vers. 2. Estote sancti, quia ego sanctus.

Lo c v s. En, charissimi, lubet iam alloqui vos, verbis Moïsi, Deut. 30. v. 11. Hoc verbum non est supra vos, &c. Scitis enim quæ sit voluntas Dei. Scitis seruum facientem, habere laudem à Domino, non facientem plagas multas. Luc. 12. Habemus exemplum sanctorum Angelorum, qui faciunt voluntatem, Psal. 103. v. 21. Et omnium creaturarum, Psal. 148. v. 8. Nos oramus, Fiat voluntas tua. Quid igitur causæ subest, quo minus faciamus.

Omnes vultis esse Christiani; Demonstrate hoc ipso opere, ne audiat, Non noui vos, Matth. 7. v. 23. At qui facit voluntatem, hic foror, hic frater meus, Matth. 12. v. vlt. Et Marc. 3. in fine.

Audiuntur etiam preces eorum, qui faciunt voluntatem Domini, Joh. 9. v. 31.

Summa: Beati qui faciunt voluntatem eius. Hi enim Christiani sunt, & ingredientur in regnum cælorum.

Vfus huius loci is est, 1. Vt probemus nos, an sumus in fide, 2. Cor. 13. v. 5. & faciamus quod Deo placet.

Ne

De qua scriptura  
negi quam  
facile in  
liber partem  
de, ac si ha  
quantum in i  
Novi T. a, f  
2. Protem  
rei in  
3. Virque a  
mas, ut quoc  
dicit, Psal. 40.

De seruo  
per Christum

Historia  
tam, prefe  
uert, quod  
in Euange  
Luc. 7.

iam igitur  
integram tra

1. Dicem

2. Decem

3. De inte  
4. De Chr  
5. Possent fi  
6. Inuere leu  
7. Inuere leu

THEMA III. EX NOVO TEST. 419

Ne quis seipsum decipiat: aut faciat voluntatem carnis, magis quam Dei, Eph. 2. v. 3.

Facile hinc unusquisque coniecturam facere p<sup>o</sup>test, an habeat partem in regno cœlorum: si fecit voluntatem Dei, &c. Si hætenus non fecit, porro illam studeat facere, quantum in ipso est. Si hoc non vult facere, audiet, NON NOVI T E S, si maxime Domine, Domine, dixerit.

2. Vt oremus: D<sup>o</sup>ce nos facere voluntatem, P<sup>s</sup>al. 143. vers. 10.

3. Vtque agnoscamus infirmitatem nostram, & rogemus, vt quod nobis deest, ignoscatur propter eum, qui dicit, P<sup>s</sup>al. 40. v. 8. Voluntatem tuam facio, &c.

F I N I S.

THEMA III.

Matth. 8. à v. 5. ad v. 14. Luc. 7. v. 1.

*De seruo centurionis Capernaïtici paralytico, sanato per Christum.*

D I S P O S I T I O.

Historiam hanc magni faciendam & sæpius meditandam, præsertim cum circa ægrotos versamur, ex hoc apparet, quod illa cum omnibus suis circumstantiis à duobus Euangelistis est accuratissime descripta, Matth. 8. Luc. 7.

Eam igitur ex historia illa duorum Euangelistarum integram tractabimus hac vice.

1. Dicemus, de seruo ægrotato.
2. De cura & sollicitudine Domini, pro seruo.
3. De intercessione seniorum pro centurione.
4. De Christo seruum sanante.

[Possent singula singulis concionibus etiam tractari, in funere serui alicuius fidelis, aut militis, & capitanei, vel paralytici, &c. prout fert occasio.]

Dd 2

I. Pars.

## I. Pars.

Erant in ciuitate Galileæ Capernaum primaria, milites præſidiarij vt ſi Judæi ſtuderent rebus nouis (pro more) poſſent contineri in officio. Illis præfectus erat, qui hoc loco vocatur centurio. Et iam quidem longò tempore ibi hoc officio functum circumſtantiæ (quas Lucas, & ſeniores illi referunt ibidem) teſtantur.

1. Erat huic *παις* puer, ſeruus, vt Matthæus habet: ſiue *δλδ*, vt Lucas habet. Et videntur circumſtantiæ hoc inſinuare, *Daß es ſein Leibjung oder Leibdiener geweſen*. Non aliquis ex gregarijs militibus, ſed domesticus.

2. Is ſeruus centurionis incidit in paralyſin, qua, vt Matthæi verba ſonant, ſubito correptus fuit.

3. Et tanta eſt vis morbi, vt morti fuerit vicinus, iuxta verba Matthæi graniter diſcruciatur.

Neque vero exiſtimandum, quod hæc paralyſis acciderit ſeruo ex intemperantia & ebrietate: aut alijs propria culpa accerſitis accidentibus.

4. Etenim habet hoc teſtimonium, quod fuerit hero ſuo chariſſimus, *βικου*, præcioſus. *Er hätte ihn nicht umß viel Gele gegeben*.

Quod non fuiſſet factum, ſi fuiſſet ebriofus, libidinoſus, ſcortator, &c. Etenim quanto ſtudio conſeruauit diſciplinam inter ſuos, infra ex verſu nono Matthæi, & o. ſtauo Lucæ patet.

Quia igitur fidelis ſeruus eſt, præcioſus habetur. Et videtur ipſe eſſe ſeruus, de quo loquitur verſ. Matth. 9. & Luc. 8. Diſtincte enim de militibus ſuis & de ſeruo ſuo loquitur: dico *ſeruo meo*, &c. Ideo tam ſolicitus eſt pro ipſo, vt ſequetur ſecundo loco.

L. Diſcant famuli hoc exemplo, quod licet ſint in terris viliori interdum loco habiti, tamen ſpiritus ſanctus non dedignetur etiam ipſorum annotare hiſtoriam, vt ſcilicet intelligant, Deo ipſos eſſe curæ ſanos & ægros. Et quia, ſi fideles ſunt, ipſi Domino ſeruiunt, Eph. 6. verſ. 7. habebunt ſua præmia à Deo, Matth. 25. verſ. 21. Sed & cor

cor Dominorum regit, vt habeant illos in magno pretio, vt hic.

Et sicut fideles à suis heris non negliguntur, si incidant in ægritudinem: ita quoque Deus ipsorum suscipiet curam. Sicut hic sanatur filius Dei, de quo in fine. Hanc habent consolationem, si non sua culpa, in temperantia & libidinibus incidant in morbos graues.

Pauci, proh dolor, iam sunt, qui magno pretio æstimandi. Theur gnug seyn sie. Quia paucissimi tales: quales hic describit Centurio. Ergo non mirum, wann sie auch wenig Glück vnd Gnad von Gott haben.

## II. Pars.

Bonus ille Centurio admodum sollicitus est pro famulo. Et quia Christus illi innotuit, ipsum ante omnes medicos compellendum statuit. Neque hoc loco torquet nodus iste, quod Matth. dicit, ipsum compellasse Christum. Lucas vero ait, misisse ad Christum. Quia quod quis per alium facit per se fecisse putandus est. Sic enim Lucas habet: Rogabat eum, quomodo? mittebat legatos per quos se rogabat. Et ipse Centurio exemplum viri optimi hunc nodum soluit: dicens Christo per legatos: Non iudicavi me dignum, vt venirem ipse. Quia gentilis erat, & miles. Item: Non sum dignus vt intres sub tectum. Noli vexari Magister. Ecce humilitatem magnam. Misit autem viros honestos, seniores ex Iudæis, vt non grauetur sanare seruum.

Et cum Christus appropinquaret ædibus, amicos alios mittit Noli vexari: Sed dic verbum. Ecce fidem. Addit, Ego enim sum minister, & parenti mihi serui, & cætera. Hoc vult: Tu Dominus es cæli & terræ. Ergo potes omnibus morbis & creaturis imperare. Certe similem in Israele non habet, ipso Christo teste.

L. Tria commendatione & imitatione dignissima in hoc milite, Gentili, Centurione Romano.

I. Fides maxima, qua credit, Christum omnipotentem.

rem, ideoque absentem sanare & præcipere morbo posse. Hanc fidem si haberent omnes ægri, citius absque dubio multi consequerentur sanitatem. Sic scilicet ex hac fide ad preces, non ad illegitima media conuerterent sese, similes Ahasæ consulenti Diabolum, 2. Reg. 1. v. 6. Vide Syr. 28. v. 9. & Dispositionem Themat. CVII. & alias, ex ver. Testamento supra in hac 2. parte Prompt.

II. Sollicitudo pia pro famulo digna commendatione; hanc imitentur omnes domini: vt non dicant, *Wer reit der reit / wer leit der leit. Hat er lang gedienet / so hat man ihm lang gelohuet.*

Vult Paulus, heros facere officium erga seruos. Ephes. 6. v. 9. Vide quomodo puniatur torus exercitus, propter neglectum seruum ægotum Amalechitæ cuiusdam, 1. Sam. 30. v. 6.

Si sani facerunt officium, non eiciendi domo ægri aut negligendi. Deus alioquin vindicabit grauissime.

III. Insignis humilitas commendanda & imitanda. Rara in militibus, maxime Capitaneis. De hac alias.

### III. Pars.

Seniores à Capitaneo missi ad Christum non tantum non detestantur legationem: sed etiam apud Christum intercedunt primum pro Centurione, vt annuat precibus illius. Et rogarunt illum studiose. *Nit stess.*

Deinde rationes adducunt, commendantes Centurionis fidem & pietatem. 1. Amat Iudæos, & ad fidem nostram sese conuertit. 2. *Ædificauit nobis scholam.* Dignus ergo cui beneficias. *Eccepium militem.*

II. Discimus intercedendum pro omnibus ad Deum; vt requiritur 1. Tim. 2. v. 1. Idq; etiam hodie fieri potest & debet, Maxime pro afflictis, captiuis, vt Petro. Act. 1. 2. v. 5. ægotis, Gen. 20. v. 17. Præsertim ubi pii & digni sunt. Sed & pro inimicis orandum, exemplo Christi & Stephani, Luc. 23. v. 34. Act. 7. v. ult. Vide baiulos illos in Euangelio, Marc. 2. v. 4, Matth. 9. & Marc. 7. v. 32.

Expe

Expetendæ etiam tales intercessionēs, Gen. 20. v. 7. Multum valent apud Deum. Quod patet exemplo Miriam, Num. 12. v. 13. Ieroboami, 1. Reg. 13. v. 6.

I. I. Videmus etiam milites in suo officio nihilominus posse esse pios. *Wann sie es nur gern thäten.* Exempla piorum militum David: Iosua: Gedeon: Iudas Macchabæus. Illis quoque viam ad cælum non intercludit Joannes Luc. 7. v. 14 Pauci autem hodie sunt, de quibus dicere possemus Christo, Dignus est, vt beneficias, &c. Sed dicendum: Indignus est, qui viuat: Non amat religionem: Tempia destruit, non ædificat, &c.

## IV. Pars.

De ægroto, & querentibus Medicum diximus. Nunc ipsum Medicum videamus. Is verus est Medicus ille animæ & corporis (Matt. 9. v. 12.) CHRISTVS.

1. Quam primum compellatur, mox ipse abit cum legatis.

2. Placet illi fides centurionis, quam commendat.

3. Legatis dicit, Fiat sicut petitur. Et illi domum reuertî inueniunt seruum sanum.

L. I. Christus verus Medicus, omnipotens, absens, vno verbo potest sanare. Ad illum fide & precibus confugiendum. De his sæpius.

II. Solatium pro pauperibus: Quod seruum etiam pauperem mox sanat (ad quem descendere vult) non minus quam filium Reguli diuitis, Joan. 4. & filiam Iairi. Luc. 8. Venite omnes, ait, Matt. 11. v. 28.

F I N I S.

## THEMA IV.

Matt. 8. v. 14. &amp; 15.

*De socru Petri febricitante sanata.*

## D I S P O S I T I O.

Rara hæc est multis nominibus, &amp; elegans historia,

Dd 4

vbi

vbi focus in domo generi lethaliter decumbens sanatur, maximo cum eiusdem gaudio : atq; vno momento sic reficitur febricitans vetula, vt ad mensam mox seruiat suis. Digna etiam non tantum propter bonum Petrum & focum eius charissimam, & propter Christi miraculum excellens : sed etiam propter nostram multiplicem (quam ex hac historia capere possumus) vtilitatem, quæ animis nostris altius infigatur. Quæ & digna fuit habita, vt à tribus Euangelistis, Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4. describeretur [Si cui placet, potest hoc initium esse Exordij.]

Videamus autem primum anum febricitantem.

Deinde vero domesticos, quomodo valetudinem illius curauerint, vel quomodo ægrotanti seruiuerint : In intercessione scilicet pia.

Tertio, Medicum Christum sanantem bonam fœminam.

Quarto, Anum sanatam. Possent quatuor concionibus tractari,

### I. Pars.

1. Decumbit focus Petri in Capernaum. Atq; graui morbo correpta fuit : febris scilicet : Quamuis enim febris hodie non habeatur pro morbo lethali, tamen in illis calidissimis regionibus alia fuit ratio Febres enim erant acutissimæ & periculosæ : vt patet exemplo filij Reguli, Ioan. 4. v. 3. 2.

Præterea vetula erat hæc focus Petri : adeoque tanto morbus periculosior, quia viribus exhausta. Senibus enim febres sunt plerumq; lethales.

Facit hoc ad amplificandum miraculum Christi.

2. Deinde notandum, quod focus decumbit in domo generi, Petri : in qua vna cum fratre Andrea habitabat, Marco teste, cap. 1. v. 29.

L o c u s I. Videmus senectutem multas afferre infirmitates. Hospes vocatus, vbi venit ingratus, est senectus, iuxta verbum de Senio :

Me

*Me cupit omnis homo, nemo non odit adeptus.*

*Tam magnifico iam floccipendor iisdem :*

*Me reputant aliqui magnum, & venerabile quiddam.*

*His ubi contigero, vitiosa vix nuce dignum.*

*Ducunt, & dictis iam detestantur acerbis.*

Ergo 1. qui sunt senes, hæc patienter ferant.

2. Qui non sunt senes, non optent fieri tales. Quia senectus per se morbus est. Vide difficultates senectutis. Eccl. 12. v. 2. & 2. Sam. 19. v. 35. Et hæc de vetula socru Petri.

II. Deinde videmus, Petrum non fuisse sacerdotem Pontificium; & Christum non fuisse Papam. Alias non licuisset Petro Apostolo habere vxorẽ. Quia enim socrum habet, vxorem quoque habuit. At inquit illi. Habuit coniugem antequam fieret Apostolus: alias non licuisset illi ducere vxorem. Et deseruit illam, postquam factus est sacerdos. Contra Paulus testatur, Petrum secum duxisse vxorem, 1. Corin. 9. v. 5. Et licere id ipsum aliis quoque, ex eodem loco, & 1. Tim. 3. v. 2. clarissime patet.

III. Laudanda concordia fratrum, Petri & Andreæ, quod in vna domo simul habitant. Dicitur enim domus Simonis & Andreæ, Marc. 1. v. 29. Quam iucundum habitare fratres in vnum, Psal. 133. v. 1. Syr. 25. v. 2.

IV. Laudanda charitas Petri, qui socrum suam anum vetulam, ægram, &c. in domum recipit, & omnia ei officia præstat. Est hæc res rari exempli. Ruth. commendatur hoc nomine, & exemplum fere vnum est, sed præmium à Deo accipit propter honoratam socrum: quod non tantum iungitur Obed, sed auia Christi fit, Ruth. 3. v. 1. Debent liberi parentum (præsertim si senio confecti aut ægri sint) curam suscipere. Deus merces est.

Itaaco filii benefaciunt cœcutienti, ægro, seni Etiam Esauus ille alioquin ferus, Genes. 27. v. 31. Vide quomodo Josephus pro patre sollicitus sit, Gen. 47. & seq. Vide Syr. 3. v. 14. & seq. & Tob. 4. v. 3. Magna hodie liberorum, generorum, &c. asseggia. Quam Deus multis modis vlciscitur, maxime vero pœna talionis.

*Da 5 II. Pars.*

## II. Pars.

Ita domum Simonis sunt ingressi cum Christo, ex schola Capernaitana, Joannes, Jacobus, Andreas & ipse Petrus. Quam primum autem Christus illuc venit, referunt illi de morbo illo socrus: & haud dubie primus omnium Petrus: qui forsitan hanc ob causam in suam domum Christum introduxit. Et addit Lucas. Intercedeabant pro illa ad Dominum, v. 38.

LOCVS I. Hodie non facile gener pro longæuitate & comoda valetudine socrus orabit, præsertim si aliquid hæreditatis ab ipsa expectaret. Wasn Graf auff der Schwirgerwächst soist sicam stest in. Sic quoque omnes nurus suas oderunt socrus. Idque iam quasi pro lege & consuetudine habetur. Sed male. Debet socrus esse loco matris. Et pii generi atque piæ nurus reueretur illas tanquam parentes. Omnes senes honorari vult Dominus, Leuit. 19. vers. 32. Ergo omnium maxime, à quibus habemus, quod charum est.

II. In genere omnes debent suscipere curam ægrotorum hoc pacto non tantum, vt illis seruiant, sed maxime vt pro illis intercedant. Hoc est necessitati sanctorum communicare, Rom. 12. v. 13. Id requirit Paulus, 1. Tim. 2. v. 1. Gratæ sunt Deo illæ intercessiones, Gen. 28. vers. 7. Ideoq; in infirmitatibus preces ecclesiæ recte requiruntur. Ita iubente Jacobo, cap. 5. v. 14. & 16. Charitas hoc postulat vt quæramus, quæ aliorum seruiunt commodo, 1. Corinth. 13. v. 5. Sæpe impetratur valetudo aliis per eiusmodi intercessionem Baiuli illi Mar. 2. vers. 4. & adducentes mutum, Matth. 9. Mar. 7. vers. 12. Idem hodie preces efficiunt, Syr. 35. v. 21.

## III. Pars.

Christus ingreditur Petri & Andreae tuguriolum, cum potuisset in splendidissimis ædibus centurionis & aliorum pernoctare. Non enim verisimile est, in domo Petri multa fuisse strata reperta, non serico operite cæuli eburni

perant it  
uato villi  
his Christ  
olum: man  
olebit. In  
tempulo se  
populimini  
L. I. Infig  
denouitans  
per: & vno  
Placim sup  
202 precibus  
Tonde legi  
Abne super  
in Christus  
im appreh  
gris & om  
2. Prope et

II. Mag  
gurijs & t  
disioribus  
Christus fil  
dem Lazar  
ch, acc aue  
m. Ego ref  
tine, p. 61  
H. 1. v. 18.

III. No  
finitibus au  
tibus ægre  
Manche  
etiam X  
quibus os  
bus D 11,  
ocibus re  
hæditati

III. No  
finitibus au  
tibus ægre  
Manche  
etiam X  
quibus os  
bus D 11,  
ocibus re  
hæditati

neierant ibi, non delitiæ, cibi lauti, &c. Jacet hîc in hypocausto vilissimo, anus vetula, antiquo panno lecta, &c. At his Christus lubens conuerſatur. Astat proxime ad lectulum: manum febricitantis sua manu tenet, fouet & calefacit. Increpat febrim, & iubet illam ex hoc misero corpusculo secedere. Conſestim sic vetula vires recipit, vt possit ministrare mensæ.

L. I. Inſigne miraculum, omnipotentis Medici artem demonstrans, qui rebus etiam inanimatis potest præcipere: & vno momento ægram restituere.

Plurimi superſticioſis artibus conantur febrim pellerè, at precibus hoc à Christo impetrandum. Syrac. 3<sup>o</sup>. v. 9. Deinde legitima & ordinaria media adhibeantur, Ibid. Abſint superſtitiones & artes Magicæ. Tam potens adhuc Christus vt possit sanare: licet non eodem modo manum apprehendat. Tamen adhuc præſentiſſimus adest ægris & omnibus inuocantibus, Matth. 18. v. 19. & 29. v. 10. Prope est Dominus, Psal. 145. v. 18.

II. Magnum solacium his, qui in pauperibus casis, turgurijs & tristibus lectulis affixi hærent (ad quos nemo ex ditioribus, nobilioribus cupit accedere) quod tamen Christus filius Dei illa loca non auerſetur. *Er ist gern in dem Lazareth/ Seelhaus/ Sickenstuber.* Medicus enim est, nec auerſatur ægros pauperes: si sint pij & pœnitentes. Ego reficiam, Matth. 11. v. 28. Cum ipso in tribulatione, Psal. 91. Ideoque magna cum fiducia inuocandus, Heb. 2. v. 18. & 4. v. 15.

III. Non rantopere auerſandi & exhorrescendi ægri, febris aut alijs morbis correpti. Opus charitatis est, visitare ægros, Matth. 25. v. 36.

*Mancher Nar meynet/ er müſte gleich sterben/ wann er zum Kranken gehe/ ihm die Hand reiche/ ic.* Pudeat te quisquis es, si cupias meliori loco haberi, quam ipse filius Dei, qui manum febricitantis tenet. Nec tamen ab omnibus requiritur, vt ægrotantibus, morbis foedis & hæreditarijs correptis, manus portigant. Alia ratione  
suble-

subleuandi, consolandi, die Pfiffs-Quar: soll man bieten.  
Hoc omnes debeat. Præferri qui possunt pauperes iu-  
uare nummis.

## IV. Pars.

Socrus Petri restituta, gratitudinis loco, legitur seruiisse  
Christo & Apostolis. Mensam parat. Facit quod po-  
test.

L. Sanitati restituti sint grati erga Deum. Caueant à  
peccatis, Joan. 5. v. 14. Et erga benefactores Medicos, &  
alios, &c.

F I N I S.

## T H E M A V.

Matth. 9.

*Historia de resurrectione filie Iairi, &c.*

Hæc supra in Classe I V. quatuor Dispositionibus pro-  
lixè est explicata, ex historiis trium Euangelistarum. Vide  
I. part. Promptuarii, pag. 268. & seqq.

## T H E M A VI.

Matth. 10. vers. 28. ad 37.

*Nolite timere ab iis, qui corpus occidunt, animam au-  
tem non possunt, &c.*

Hæc supra tractata inuenies peculiari Dispositione,  
Numero XII I. in Classe V II. pag. 576.

De Capillis autem capitis numeratis, &c. etiam infra  
in hac parte sequetur peculiaris Dispositio, Num. XII. Ex  
Luc. 12. v. 18.

## T H E M A VII.

Matth. 22. à vers. 23. ad. 33.

*Disputatio Sadducæorum de resurrectione mortuorum,  
habita cum Christo.*

DIS.

## DISPOSITIO.

Vobis omnibus constare arbitror, Tres fuisse temporibus Christi sectas diuersas apud Iudæos.

Alii dicebantur Essæi vel Esseni, de quibus historia quidem Euāgelica tacet; at ex aliis scriptoribus constat, quod vixerint Cœlibes, & facultates in commune conuulerint, hortos coluerint, & Medicinā exercuerint. Scorsim autem habitauerunt in extrema ora Iudææ ad lacum Asphaltiden. *Hielten sich doch still.*

Alii erant Pharisei, Iudæorum Iesuitæ, qui ex Euangelistarum historia nobis plus satis sunt noti.

Tertii erant Sadducæi: quorum quæ fuerit religio, patet ex Act. 23. v. 8. & hoc loco: negauerunt enim inter cætera resurrectionem mortuorum.

Quamuis autem inter has sectas nulla fuerit consensus, contra Christum tamen conspirauerunt Pharisei, & Sadducæi, sicut, Pilatus & Herodes.

Cum autem ratio humana interdum hereat in hoc ipso errore, operæ pretium erit, primum examinare argumentum Sadducæorum, quod contra articulum symboli XI. proferunt magno cum hiatu.

Deinde vero responsum Christi pensandum: in quo primum refutat Sadducæos: deinde argumentum pro resurrectione affert validissimum. De his dicemus ordine.

## I. Pars.

Sadducæi aggressuri Christum calliderem (suo iudicio) agunt, & ex scripturis ipsum convincere conantur atque absurdum hinc extruere volunt, hoc modo. Proponunt Christo legem Mosaicam & constitutionem illam Deut. 25. v. 5. qua mandatum erat, ut frater vno sine liberis mortuo, alter frater viduam duceret, & excitaret defuncto fratri semen.

Ponunt ergo casum [ siue is vere acciderit inter illos, siue fictus ab ipsis fuerit ] fuisse septem fratres, quorum sex sine liberis decedentibus nupta fuerit illa, quæ primam

mum fratrem habuit, sine prole mortuum. Et quia nullus frater poterit semen relinquere, tandem etiam nupuisse viduam septimo fratri, ut is vel tandem excitaret sex defunctis semen.

Sicque hanc viduam successiue habuisse septem maritos, qui fratres fuerint.

Absurdum autem fore, si in resurrectione mortuorum una fœmina habeat septem maritos: aut si vni tantum adhiereat. Cæteris sex (olim suis maritis) exclusis. Ideoque non esse sperandam mortuorum resurrectionem.

Hoc prodigioso argumento suam stultitiam Sadducæi satis declarârunt: quod tantum carnalia sapiant, & in spiritualibus cœci plane fiant,

LOCVS I. Videmus, quomodo Satan semper fuerit insidiatus articulo illi, de resurrectione mortuorum. Olim per Sadducæos, post per Hymenæum & Philetum, post per Valentinianos & Marcionitas, & tandem per Libertinos, &c. Et metus est, ne multi, licet ore profiteantur se credere mortuorum resurrectionem, in corde tamen negent id ipsum. Multi factis testantur, quod non credant resurrectionem mortuorum & iudicium.

Ratio, cur Satan hoc tenet, est hæc, quia est extrema clausula prædicationis nostræ, omniumque miseriarum, & ut Tertullianus habet: fiducia Christianorum. Et si non esset resurrectio, miserissimi omnium essent Christiani, 1. Cor. 15. Juxta tamen videmus, argumenta contra resurrectionem mortuorum tantum ex cœco rationis humanæ iudicio peti. Quod enim rationi impossibile & absurdum videtur, id protinus negat verum esse posse.

II. Quod in hoc articulo religionis fit, id in cæteris omnibus fit; ut cum philosophicis & rationi conuenientibus argumentis videantur mysteria sacra explodi posse, mox circa illa crassissima oriuntur errores. Exemplo est articulus de cœna. Quia Capernaitis Ioh. 6. v. 52. & modernis etiam absurdum est, Christum dare corpus suum ad manducandum: ideoque negatur esse verum. At mysteria

feria sacra, non discuntur ex Aristotele, nec possunt concludi Philosophorum tendiculis.

## II. Pars.

Christus primo refutat hoc argumentum Sadducæorum. Non fore talem connubiorum rationem, qualis est in mundo, sed similes futuros electos Angelis, qui non nubunt, &c.

Deinde simul ostendit, oriri errorem Sadducæorum ex ignorantia, 1. scriptura, quæ de statu alterius seculi docet. 2. Potentæ Dei. Quia non cogitent, Deo esse possibile, si angelo credimus, Luc. 1. v. 37.

Tertio. Veritatem articuli de resurrectione mortuorum asserit hoc inexpugnabili argumento Deus est Deus viuorum. Dicitur autem Deus Abrahami, &c. Exo. 3. v. 6. Ergo necesse est, vr illi viuant coram Deo. Et per consequens, viuent etiam alii coram Deo, qui nobis videntur plane esse extincti.

L o c. I. Ista Christi responsione, quod similes simus Angelis futuri, multa, quæ nobis interdum absurda incidunt, de statu alterius seculi, post resurrectionem, possunt iugulari, & sic compefci ratio obmurmuratrix.

Sæpe cogitamus, quid de coniugibus bigamis aut polygamiis vita æterna: quid item de liberis illorum ex vno & altero matrimonio natis, futurum: Quomodo educaturi & bibituri simus. Qualia habituri exercitia, &c. Respon. plane superflua hæc sunt. Angelis similes erimus, nec coniugio, nec cibo, potu, &c. indigebimus. Licet etiam sumus hæc nostra habituri corpora ratione substantiæ, erunt tamen illa spiritalia, 1. Cor. 15. v. 44. Suspendamus has phantasias, vsque dum perueniamus ex F I D E ad V I D E, ex spe ad rem. Nihil nobis felicitatis deerit: si modo hoc agamus, vr illuc veniamus. Omnia erimus, omnia habebimus, omnia cognoscemus, 1. Corin. 13. v. 12. 1. Joh. 3. v. 2. Oculus non vidit, Esa. 64. 1. Corin. 2. Vnam hoc

hoc sciamus. Non posse ineffabilem illam gloriam iuxta huius mundi statum aestimari. In speculo, 1. Cor. 13. v. 10.

II. De mortuorum resurrectione hic infallibile argumentum habemus. Extant de hac testimonia Veteris & Novi Testamenti satis clara, Esa. 26. Dan. 12. Joh. 5.

Extant exempla, 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. & 13. Luc. 8. Joh. 11. Act. 9. & 20. Ergo qui dubitat, Christianus non est. Qui vero non dubitat, & tamen in morte trepidat, non intelligit, quid credat.

III. Omnis error in Religione nascitur ex ignorantiam scripturæ, 2. & omnipotentiz Dei: Hæc ad locum de Cœna egregie possunt accommodari. Sed & ad alios omnes.

IV. Consolatio est, quod mortui etiam Deo curæ sunt: quod de Abrahamo, &c. constat Vivunt illi Deo, licet nobis sint mortui.

FINIS.

THEMA VIII.

Mar. 14. v. 38.

*Vigilate & orate ne intretis in tentationem.*

Dispositionem huius Thematis vide supra in primæ parte Promptuarii, huius, cum pluribus aliis eiusdem argumenti, in Classe V I. Num. X. pag. 466.

THEMA IX.

Luc. 2. v. 29.

*Nunc dimittis servum tuum Domine, &c.*

Vide Dispositionem huius Thematis supra in I. parte Promptuarii, Classe II. Num. XVI. pag. 146.

Quod si forte alicui placet alia eiusdem loci Dispositio, poterit esse talis etiam, ut sequitur.

Verba hæc sunt Simeonis illius senis cuius Lucas meminuit cap. 2. Vir autem erat pius & Deum timens, & desiderabat videre Christum in carne.

Acce-

Accepti est  
thatio, quo  
hum vidit

Com itaq;  
Hierosolym  
pacho esse

dicat Reg. 2.  
in vltis iust  
mas. Quia ver

accusat ob  
6. Primam  
ipso meone  
conantia ti

Nunc dicit  
tum tuum in

Paraphra  
Domine  
mostrare

Et iteritu  
cunq; ue; gi  
promptus

Fiat volu  
Singula v  
conuenit

I. Morrea  
et animal  
imania lo

gliaur ad  
Sic Simeo

quæm op  
Hæc; No  
tancæ exp  
vna. Gof  
Uchafand

Accipit etiam singularem hanc promissionem à Spiritu sancto, quod non sit visurus mortem prius, quam Christum vidisset, suis oculis.

Cum itaq; Christus puer sisteretur Domino in templo Hierosolymitano, admonitus Simeon à Spiritu sancto, præsto esse Saluacoré (qui desideratus cunctis gentibus dicitur Agg. 2. v. 8) in templo: ibi Simeon puerum Jesum in vlnas suas suscipiens, in hæc verba erapit, quæ prælegimus. Quia vero Spiritu sancto plenus hæc loquitur, erunt accuratius obseruanda. Sunt autem duæ partes huius loci. Primum votum Simeonis. 2. Ratio, quæ additur ab ipso Simeone. Plures autem concurrunt in vtraque parte circumstantiæ, quæ ex Textu diligenter sunt eruendæ.

## I. Part.

Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.

Paraphrasis huius loci hæc est breuiter.

Domine, promissisti mihi seruo tuo, quod velis mihi monstrare & exhibere filium tuum, priusquam moriar. Et steteris promissis. Vidi illum meis oculis. Quando-cunque igitur volueris iam, vt ex hac vita discedam; ecce, promptus & paratus ero.

Fiat voluntas tua, quam exspecto humiliter.

Singula verba pondus habent, & singulares doctrinas continent.

1. Mortem suam vocat *solutionem*. Sumpta similitudine ab animalibus, bobus velequis. Jam tempus equum fumantia soluere colla, ait Virgilius. Sic boues iugo suo soluuntur ad vespertas, vbi finis laborum est.

Sic Simeon senex & satur diuini, iam cupit solui: & ad quietem operatam peruenire.

Ideoq; Νὸν δὲνα λυθῆναι ἢ ἀλῆθῆναι. Eleganter etiam in germanico expressit Lutherus: Laß mich außfahren, oder abzichen. Geschürz mich ab: Mache mich loß, von allem Trübsal vnd Last. Ige erlaube mir davon zu ziehen etc.

Ec

DISCI-

DISCIMVS, Quomodo debeamus sentire de morte nostra: quod non sit tormentum cruciatus, sed solutio, à laboribus ad quietem transitus, & umbra post æstum, Job. 7. v. 2. Mercenarius & seruus desiderat umbram, &c. Et Paulus plane idem habet, Phil. 1. v. 23, & desiderium habet; *ἐπιθυμῶ εἰς τὸ ἀπαλύσειν ἑχέου.*

Qui etiam inter nos perpendunt, quam bene cum ipsis agatur, si moriantur, certe non reluctabuntur. Somnus, Joh. 11. v. 11. Quies Esa. 56. in fine, Apo. 14. v. 13.

II. Quando cupit mori Simeon? Nunc. Nunc. Hac ipsa hora paratus est.

DOCBT, Singulis momentis nos debere esse paratos. Nec præfigendum Deo terminum, quod multi faciunt, dicentes: Si tot annos daretur mihi viuere postea lubens morerer. Stultum hoc est, quia in morte non queritur, *quandiu*, Syr. 41. in fine. *Du bist alle Tag als gnug zum sterben.*

III. Interim tamen non vrget Dominum Simeon, vt statim, in hac hora euocet, sed voluntati Domini id permittit. Si velit ipsum diuiter viuere, nec hoc abnuere. Tu enim soluis me, Ego non me ipsum dissoluam, ait.

IV. Idque clarius explicant vocabula: *secundum verbum tuum* Dixisti, mihi moriendum, si viderim Christum. Expecto itaque, quando velis euocare. Ego promptus & paratus sum.

V. Idipsum quoque ostendit, dum se vocat Dominum *seruum*. At non penes seruum est, quando velit cessare à labore: sed penes Dominum hoc est, *Wann er jhne senden crabend gebe.*

Sic itaq; vult pendere à nutu sui Domini, vt decet seruos. Psal. 123. v. 2.

VI. Idem quoque sensus est verborum, *in pace*. Vult cum bona pace heri sui discedere, non inuito Domino.

I. Decent hæc quatuor postrema membra siue potius vocabula huius sententiæ peccare eos qui hanc vitam molestam pertæsi, ex impatientia tantum, optant mori;

mori; nec expectare volunt tempus à Deo præfinitum: quando Dominus ipsos velit soluere. Hæc impatientia cernitur in Rachele, Genes. 30. v. 2. & in Jona, Jon. 4. vers. 3. atque in nobis ferate omnibus. Elias etiam magnus ille Domini Propheta, non omni ex parte excusari poterit ab eadem infirmitate, 1 Reg. 19. v. 4.

At sicut in omnibus, ita hac in parte, semper dicendum, Fiat voluntas tua. Sumus enim serui Domini. *Er weiß wans Zeit ist. Wird dich nicht verschlaffen lassen.* secundum *verbum tuum* heisset es. Et non secundum *verbum nostrum*.

II. At quodcumque moriendum, hoc agendum, vt in pace moriamur. Eadem verba sunt Davidis Psalm. 4. v. 9. Vide supra in Dispositionibus Thematum ex Veteri Testamento, Dispositionem XXXVIII. in hac Classe. Iustificati autem fide *pacem* habemus cum Deo. Rom. 5. v. 1. Et beati, quorum peccata tecta, Psalm. 32. vers. 1. Illi in pace, hoc est, tranquilla conscientia mori possunt.

III. Demus operam, vt simus in numero seruorum Domini. Quid sit ministrare ipsi vide infra in vltima centuria, Dispositione XXV. ex Joh. 12. parte 2.

II. Pars.

Videmus Simeonem paratum mori. Quid facit illum tam promptum? Quod senex est? Minime. Nemo tam senex, qui se non annum viuere posse putet, ait Cicero. Vnde igitur hæc promptitudo? Non à natura. Omnes enim timent mortem. Alia ergo causa subest. De qua sequitur.

1. Vide salutare. Meum saluatorem & *omnium* populorum.

2. Lumen vidi. Ergo tenebras mortis non timco.

3. Gloriam Israelis vidi. Ergo non curo mortis infamiam: non putredinem illam. Hiob. 13. vers. 8. & corruptionem, Job. 17. v. 14. Hic iam remitto Lectorem ad ea, quæ in I. parte Promptuar. huius exstant p. 148. Vide ibi.

F I N I S.

Ec 2 THE

## THEMA X.

Luc. 16.

*Parabola de diuite & Lazaro.*

## DISPOSITIO.

NOTA. Supra in I. parte Promptuarij Classe IX. Numero XXI X. tractata sunt omnia fere, quæ ad diuitem pertinent: quis scilicet fuerit status, & quæ conditio illius, 1. in hac vita, 2. & in altera.

Ideoque de Lazaro iam potissimum nobis erit tractandum, vt hæc parabola integra sit: Qui integram simul tractare voluerit, poterit istas duas Dispositiones coniungere.

*Sequentia in funere mendici, aut pauperis tractanda.*

Diues & pauper obuiauerunt sibi. Dominus fecit vtrumque Prou. 22 v. 2. Exemplum vtriusque habemus in historia Euangelica Lucæ, vbi diues purpuratus, & mendicus nudus atque scabiosus, nobis ob oculos ponuntur. At de diuite hęc breuitatis causa nihil dicemus, cum alias de ipso audiuerimus, & præsens funus potius de Lazari miseria, quam de diuitis felicitate nos moneat.

Primum autem videbimus, quæ fuerit huius pauperis conditio in hac vita.

Deinde, quæ illius conditio post hanc vitam.

*I. Pars.*

Pauper, de quo hęc fit mentio, Lazarus vocatur. Non autem est diues ille Lazarus Bethanienfis, sed homo valde miserabilis.

Lazarus significat alioquin. Auxilium Dei. Et conuenit illi nomē: quia Dei adiutorio valde opus habet, cum nemo sit in terris, qui illum iuuare velit. Non vno autem nomine miser est.

1. Non

1. Non habet unde uiuat pauper.

2. Et tam pauper, ut ostiatim mendicare panem cogatur.

3. Et non est ex numero illorū pauperum, qui vel sunt infatigabiles, vel delicatuli: sed micæ tantum petit, quæ alioquin canibus cedund: Et tamen non est, qui det ipsi.

Immisericordiam diuitis experiri cogitur.

4. Neq; potest sibi labore manuum parare victum, iuxta mandatum Spiritus sancti, *Psalm. 118. versic. 2.* sed est vlceribus plenus æger, ut iacere cogatur, ante ianuam diuitis.

5. Non recipitur in hospitale aut Nosocomium, sed relinquitur in plateis. Non curatur à Medicis, sed canes vlcera lingunt.

6. Et in hac miseria atque calamitate moritur.

Eltq; hoc vnicum ipsi solatium, quod mors paupertatis & ægritudinis facit finem. Mortuus tamen terræ demandatur. Illa mater omnium est, *Syrac. 40. v. 1.* & in gremium suum recipit tam pauperem quam diuitem.

Interim tamen Lazarus, licet sit miserrimus pius est, & patiens. Non legitur murmurasse aduersus Deum: nec maledixisse diuiti, licet videat eum in magna affluentia & immisericordem. Nec diei natiuitatis maledicit, ut *Hiob. 3. v. 1.* & *Ier. cap. 20. v. 14.*

Sed vincit fide & patientia. Ideoq; pie & placide moritur. Et Angeli ministrant ei.

Locvs I. Etiam piissimè sunt pauperes. Nec est indicium irati Dei paupertas piorum. Filius Dei omnium sic pauperimus, *2. Cor. 8. v. 9.* Esuriunt Prophetae & Apostoli, nudi sunt & frigent, *1. Cor. 4. v. 11.* *Heb. 11. v. 37.*

Eliam fames pellit: & tractatur a lmodum frugaliter & tenuiter, *1. Reg. 17. v. 4 & 6.*

Neque semper abest à piis ægritudo. Multi male habentes, *Heb. 11. v. 37.*

Causæ principales huius miseræ Deo cognita. Quædam nobis notæ.

1. At sic affigit ne obliuiscamur Dei. Prou. 30. v. 9.
2. Utq; discamus ardentius orare pro pane quotidiano, Esa. 26. v. 16.
3. Probat Deus fidem, spem, patientiam suorum. Syrac. 2.

Itaque præstent Deo suam patientiam, & nihilominus studeant pietati. Exemplo Lazari.

1. Non malis artibus tentent victum parare: sed potius mendicent: *si extrema cogat necessitas.*
2. Ægri non conuertantur ad Magos, &c. expectent à Deo medicinam, Syr. 38. v. 9 & 10.
3. Non maledicant, nec Deo, nec diuitibus. Eccl. 10. vers. 20.
4. Soletur ipsos, quod mors finem facit malorum.
5. Et quod angeli ministraturi sint ipsis.
6. Quodque largissimam possunt expectare compensationem. De qua iam sequitur.

## II. Pars.

Lazarus hinc miser, illic est felicissimus post mortem. Corpus in terra quiescit. Anima autem est in sinu Abraham. In gaudio *Solatio* fruitur. Eoque æterno. Non enim amplius inde eiicitur, ubi est. Quis hunc mendicum tam fecit beatum? Angeli deportant animam illius in cælum. Hic iam *finem fidei* accipit, quæ est vita æterna, 1. Per. 1. v. 9. Jam præmia accipit pietatis, 1. Tim. 4. v. 8.

Non quod meritis sit hanc felicitatem suis operibus, aut paupertate: sed ex gratia hanc accipit, tanquam donum Dei, Eph. 2. v. 8.

Quia credidit, Heb. 11. v. 6. Per fidem (non propter fidem) accipit hæc præmia: propter Christi meritum.

Locvs. I. Videmus, quanta sit futura multorum Metamorphosis post hanc vitam.

Ergo qui hic egent, non desperent. Luc. 22. v. 29. Joh. 16. v. 20. 22. Qui hinc abundant, non superbiant, non glorientur, &c. Vide Eccl. 5. v. 14. Pl. 49. v. 18. Syr. 11. v. 27. & 18. v. 25.

II. Ma.

II. Magna  
 corporat  
 ruber: qui d  
 Conza Matt  
 regitantur.  
 inuolens cord  
 possideant ab  
 Cor. 4. v. 17.  
 III. Anim  
 tem in manu  
 radis. Luc. 4  
 mendentur De  
 46. & Strep  
 se comment  
 IV. Nem  
 zibus add  
 Inuoco. 1.  
 Alioquin  
 s. v. 1. Polle  
 vit. Deab  
 de qua Ro.

Pa

Occasio  
 Luca paucis  
 reuoluitur Hi  
 Conque dix  
 mutabant  
 nem, sibi  
 in tuam regn  
 rans salu

II. Magna pauperum consolatio, quod illis etiam locus paratus est in cœlo, si pij fuerint, exclusis multis diuitibus: qui difficulter intrant in cœlum, Matth. 19. v. 23. Contra Matth. 5. v. 3. Ergo non curent, si hic fastidiantur, negligantur, &c. Erit aliquando tempus, vbi videbunt, immisericordes torqueri, Psal. 91. v. 8. In patientia ergo possideant animas, Luc. 21. v. 19. *Momentanea leuitas. 2. Cor. 4. v. 17.*

III. Anima piorum non moritur: sed statim post mortem in manu Dei est Sap. 3. v. 1. in sinu Abrahami. In Paradiso, Luc. 23. v. 43. Itaque hoc vnum agendum vt commendetur Deo, à morituris, exemplo Christi, Luc. 23. v. 46. & Stephani, Act. 7. v. 53. At viuentes quoque illam sic commendare debent quotidie, Psal. 31. v. 6.

IV. Nemo despiciat pauperes, nec insultet illis, nec afflicto addat afflictionem, Syrac. 4. v. 2. & 3. Syr. 7. v. 12. Prouerb. 17. v. 5.

Alioquin cum gemitu illorum felicitatem videbit, Sap. 5. v. 5. Posset etiam dici de gaudijs vitæ æternæ, Psalm. 16. v. 7. De abundantia omnium miseriarum compensatione, de qua Rom. 8. v. 18. Et alijs. At de his sæpius alibi.

F I N I S.

## THEMA XI.

Luc. 19. v. 12. ad 26.

*Parabola de decem minis, siue talentis.*

### DISPOSITIO.

Occasio huius parabolæ admodum elegantis, ab ipso Luca paucis verbis annotatur. In vltima sua profectio-  
ne versus Hierosolymam, Christus diuertit ad Zachæum.  
Cumque dixisset Christus, hodie salus contigit huic do-  
mum: astantes, qui sciebant Christum tendere Hieroso-  
lymam, sibi ipsis imaginabantur, iam mox ibi Christum  
suum regnum inchoaturum: vbi sibi summam promit-  
tebant felicitatem. De regno enim mundano & terrene  
Ec 4 somnia.

Ec 4

somnia.

somniabant. Christus itaque hanc spem mundanam ipsis præcidere, & docere vult proposita hac insigni parabola, nondum instare tempus gloriosi sui aduentus: sed multa adhuc in terræ euentura prius, quam ipse regnum suum cœlestē cum beatis plenatio instituat. Similis parabola (paucis circumstantiis mutatis) describitur etiam Matth. 25. v. 14.

Digna est Parabola, quam excutiamus diligentius. Primum autem dicemus de Domino, qui ante suum abitum distribuit seruis minas ad negociandum. Deinde dicemus, quomodo Dominus rediens, à seruis exigat rationes, & quales illi fuerint in administrandis bonis heri. *Wie wohl sie in der Rechnung bestanden.*

I. Par.

Hæc autem est Parabola & eius accommodatio.

1. Homo quidem genere clarus. Christus est natus ex femine David secundum carnem, qui est Deus benedictus in secula, Rom. 1. v. 3.
2. Profectus est in Regionem longinquam. Ephes. 4. Ascendit in cœlum, imo super omnes cœlos. Non quod propter loci distantiam abire, qui est præsentissimus, Mat. 28. v. 20. sed quod visibilem præsentiam subtraxerit.
3. Vt acciperet sibi regnum Recte. Act. 3. v. 21. Hunc oportet cœlum capere.
4. Et reuertetur. Iuxta Angeli dictum. Sicuti vidistis illum ascendentem, scilicet, visibiliter, ita redibit. Act. 1. vers. 11.
5. Vocatis prius seruis decem, distribuit illis minas decem. Hoc est, sua dona in terris distribuit inter omnes homines, ut inuicem seruirent donis, quibus ab ipso sunt instructi: quisque pro ratione suæ conditionis.
6. Aliis autem plura & excellentiora dona data sunt, aliis in nota Vt habet parabola illa Matth. 25. Singulis tamen dictum est, ut negocietur his donis. F. e. ant officium fideliter.

7. Ciues autem eius oderunt ipsum, & missis legatis dixerunt, Nolumus hunc regnare super nos.

Notat non tantum Judæos, qui volebant ipsum recipere sed omnes persecutores Euangelii. Quid enim hi aliud faciunt, sicut & alii contemptores verbi & Sacramentorum, quam quod dicunt, nolumus huic parere, nolumus hunc regnare super nos?

Locvs. Vsum huius partis Parabolæ Paulus diserte tradit Ephes. 4. v. 9. dicens: Christum ascendisse in cælos, & distribuisse dona hominibus. Sunt autem diuisiones *quæ uidentur*, 1. Cor. 12. vers. 4. Alius accepit donum, ut seruiat in Ecclesia, alius in foro, alius ut corpori faciat medicinam, alius ut rem æconomicam administret. Et qui minimum accepit donum, hoc tamen accepit, ut glorificare possit Deum ore & opere, si luceat lux illius, Matth. 5. v. 16. & benefaciat proximo. Explicari hoc iam debet latius per partes, Rom. 12. v. 6. Magistratus sint nutritii Ecclesiæ, Esa. 49. v. 23. & 60. v. 16. Ministri Ecclesiæ sint fideles dispensatores. 1. Cor. 4. v. 1. Patres familias educant suos in *uigiliis* Eph. 6. v. 4. Sic enim Petrus, 1. Pet. 4. v. 10. Quisquis seruiat suo proximo eo, quod accepit, dono tanquam, &c. Et cogitandum semper Dominum reuerfurum & auditurum rationes. De qua iam sequitur.

## II. Pars.

1. Reuerfus Dominus postquam accepit regnum. Id est: Videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli, Matth. 26. v. 64. Sic redibit, Act. 1. v. 11.

2. Iussit vocari seruos omnes. Ante ipsum congregabuntur omnes populi, Matth. 25. v. 31.

3. Ut sciret quantum quisque negotiatus esset.

Omnes man festari oportet ad reddendam rationem

2. Cor. 5. v. 10. Redde rationem, Luc. 16.

4. Venit autem prius & decem minas lucratus esset. Commendatur. Audit seruus fidelis. Super 10. ciuitates, hoc est super maiora, Matth. 25. v. 21. constituitur.

Ec 5 5. Ve.

5. Venit secundus, & licet non potuerit lucrari quantum primus, (qui maioribus donis ornatus fuerat) tamen fecit quod potuit, & affert minas quinque. Habet etiam hic suam commendationem, & maiori praeficitur muneri.

Placet Deo fidelitas in officio, ut velit illam compensare large.

6. At vnus ex seruis male stat, qui recondit suam minam in sudario, Matth. 25. v. 25. Defodit. Et nihil lucratus est: praetendens Domini austeritatem. Dominus ipsum iugular proprio gladio. & conuincit malitiae & pigritiae.

Reprehendit ipsum grauissime. Vult ab ipso, tanquam indigno, auferri, quod videbatur habere, (vide Luc. 8. v. 18. quod putat se habere) & tradere fideli illi seruo, qui lucrum fecerat maximum. Reuera enim non habet, quod habet, qui non vitur eo, quod habet. Matth. 25. vers. 30. additur, seruum in super gnauum in tenebras exteriores missum.

LOCVS. Non tantum sciendum, nos accepisse dona à Deo, sed etiam de illis rationem reddendam in nouissimo die, quomodo fuerimus negotiati. Ratio reddenda villificationis Luc. 16. v. 2. imo de verbo ocioso, Matth. 12. v. 36. Alius, ut supra d. Cui est accepit bona ingenii, alius sanitatem corporis, alius liberos à Deo suscepit, alius officium amplum & dignitatem: alius corpus robustum, ut possit laborare manibus & dare pauperi Eph 4. v. 28.

1. Exigitur ratio, quomodo seruisti Deo in ecclesia; Lucratus ne es Deo vnam animam? fecisti ne iuxta id Ezech. 33. v. 7. Vigilasti ne? Heb. 13. v. 17.

2. Quomodo administraisti iustitiam? Conuertisti ne ius in abythum? Amos 5. v. 7. & 6. v. 12. Dixisti bonum malum? Esa. 5. v. 20.

3. Quomodo educaisti liberos? Offendisti ne illos malo exemplo. Vnde tibi Matth. 8. v. 6.

4. Laborasti ne manibus bonum aliquod? &c. Eph. 4. v. 28.

5. Pro-

Thomae  
 i. In  
 Total. 4. v. 6.  
 Qui male  
 in loco erit  
 uatione. H  
 ter Campi: C  
 Nihil subter  
 quis ipse dede  
 Teoher exp  
 recodit illis. E  
 uchi fore à  
 Diabolis illa  
 Qui vero h  
 anibus Ang  
 libati. Eru  
 i. Corin. 13. v. 1  
 and man se  
 deat. serui  
 hominibus

Oratione  
 de locus: qu  
 cum plus ven  
 uerit patuli  
 vi facio. Q  
 Decretis id  
 & sed etiam  
 ingit ut vni  
 in Pharis us

THEMA XII. EX NOVO TEST. 443

5. Prospezisti ne familiæ: 1. Tim. 5. v. 8.

6. Anne defraudasti proximum tuum in negotio; 1. Thesal. 4. v. 6.

Qui male administravit officium, male stabit. Eodem loco erit qui noluit facere officium, in quacunque vocatione. Hat das Maul nicht dörffen auff thun auff der Cangel: (Canis non latrans, Esa. 36.) Oder auff der Nahstuben/2c. Metuit officio & honori. Non cogitavit, quis ipsi dederit minam suam. Aut fuit ignavus & piger. Tenebræ expectabunt tales. Et quod metuerūt, id ipsum acciderit illis. E fastigio dignitatis, ad quam propterea euecti fuere à Deo, vt seruirent ipsi, deturbabuntur, & à Diabolis illusionem patientur.

Qui vero fideles fuerunt, commendabuntur coram omnibus Angelis, &c. Maiori gloria ornabuntur, quam alii electi. Erunt enim gradus beatitudinis. Stella à stella 1. Corin. 15. v. 32. Dan. 12. v. 3. qui erudierunt sicut Sol. Da wirdt man sehen / welscher redtich gewesen/2c. Hic expectent serui fideles sua præmia. Non curent siue placeant hominibus, siue nob, Galat. 1. v. 10.

F I N I S.

THEMA XII.

Luc. 21. v. 18.

Capillus de capite vestro non peribit.

D I S P O S I T I O.

Occasionem dicendi de vno capillo capitis, præbet hic locus: quod mirum forsitan cupiam videri possit: cum pilus vnus res sit omnium vilissima, adeo, vt de re contemptissima soleamus dicere prouerbio, Non vnus pili facio. Quod non tantum apud Latinos & Græcos (dicentes id à τριχός, dignus pilo, id est nihili homo est) sed etiam apud Germanos est communissimum. Ich frage nit vmb ein Haar darnech. Nicht ein Haar. Nichtes Haars wehret. Tanto autem diuina gratia & prouidentia.

dentia, maiora laude digna & perpetuo celebranda, quæ non hic tantum sed & pluribus scripturæ locis, de vilis si no pilo hominis sic loquitur, vt Deum circa illos capillos capitis nostri plurimum occupatum esse conser. Idem & hic locus Christi ostendit: quem nos primum explicabimus: Deinde vero quantum doctrinæ, consolationis, & admonitionis; etiam minutissimi capitis capilli (si illos iuxta sacræ scripturæ Oracula considerauerimus) nobis afferre possint, ex ipsis scripturæ locis variis [Deo dante] demonstrabimus.

*Textus.*

1. Cum Discipulis suis Christus hic agit paulo ante passionem suam. Præmonet ipsos, fore vt iniuciantur ipsis manus, sistantur iudicii, occidantur.

2. Consolationem addit Nihil timendum. Quia propter nomen Christi illud sic euenturum. Adfarurum ipsis filium Dei & defensionem pro ipsis institururum: loquururum pro ipsis.

3. Subiicitur, Et capillus de capite vestro non peribit. Eadem ratione etiam Matth. 10. v. 30. & Luc. 12. v. 7. solatur ipsos, capillos capitis esse numeratos.

Habent autem hæc verba plus in recessu.

Primum quidem de Dei prouidentia certificatur, qui ipsorum curam sic habiturus. Quia innumerato habet capillos capitis.

Deinde, ne dicant: der Wolff frist die geschlee Schöff auch: hoc vult, sine voluntate Dei neminem ipsos lædere posse. neminem posse ipsis sine Dei permilla crines euellere. Huc facit etiam similitudo de passeribus.

Tertio Maxime vero securitatem vitæ hæc phrasis in scriptura denotar, vt 1. Reg. 1. vers. 52 non cadet capillus de eo in terram. Ibi promittit saluum conductum Adoniæ, quod non sit occidendus. Idem. 1. Sam. 14. v. 45. Idem Act. 27. vers. 34. promittit Paulus ex reuelatione diuina securitatem naufragium passuris. Non cadet capillus de capite. Sic defensionem Christus promittit hic.

Quar-

Quo At  
in Quo  
sunt occid  
cia, dem n  
tu meo ges  
etiam, Mar.  
sist, an. Ide  
[i]psa dicitur  
retrogradi  
tolo, & poss  
petra, sed  
victa pollun  
14. vers. 11. it  
bo, vt nec ca  
ultimo die.  
Hinc gera  
mici dabitur

Infige  
pro nobis  
quod in o  
capitis cap  
liti, patet  
legi & nume  
lus pilo? Q  
im tamen  
fidei, vt ne  
impetre po  
Quod aut  
eius v. illim  
solum han  
quam de  
locapillis ca  
Patet ex  
transit cred

Quarto. At ulterius progreditur etiam hoc loco Christus. Quod si *voluntate Dei* cadat capillus in terram, & fiat ut occidatur aliquis vestrum (sicut Jacobo mox accidit, dem man das Haar gar sampt dem Kopff vnter mir Hut wea geschitten: Act. 12. v. 2. & Joanni Baptistæ idem euenit, Mar. 6. v. 27.) *Stamen illius capillus de capite non peribit*, ait. Ideo non dicit capillus non cadit, sed capillus [*si pñ dñs dñt*] non perit. *Es sel nicht vntkommen / oder verlohren seyn.* Quasi diceret: sicut ego corpus vestrum volo, & possum seruare, etiam in media morte: vt non pereat, sed gloriosus resurgat: Item, sicut omnia ossa vestra possum custodire, vt ne vnum ex illis pereat, Psal. 34. vers. 21. ita etiam capita occisorum cum capillis seruabo, vt nec caput nec capilli pereant, sed resurgant in nouissimo die. Wann ainem von meinet wegen ist ein hârlin auß geraufft werden / so soll es ihm wider werden / vnd nicht dahinden bliben.

## DOCTRINA.

Insignem de diuina prouidentia, cura & sollicitudine pro nobis, doctrinam continet hic locus: ostendens, quod in obliuione Dei non sint nec passeruli, imo nec capitis capilli: quod ex locis allegatis, Matth. 10. Luc. 12. & 21. patet. Imo lachrymas etiam in vntrem Domini colligi & numerari, Psalmus 56. vers. 9. author est. *Quid vilis pilo? Quid lachryma?* qua nihil citius arefcit. Interim tamen tanta cura & sollicitudine Dominus suos custodit, vt ne vna lachrymula, ne vnus quidem ipsis capillus petire possit.

Quod autem Dominus circa capillos capitis (rem aliquin vilissimam, vt vix credere ratio possit, diuinam maiestatem hanc curare) multum sit occupatus, patet ex lege quam de Nazareth tulit, Num. 6. v. 5. de non tondendis capillis capitis: & ibid. v. 7.

Patet ex historia capillorum Samsonis detonsorum & rursus crescentium, non sine Dei prouidentia, Iud. 16. Patet

Patet ex lege de inspectione capillorum in leprosis. Leuit. 13. vers. 10. 30. & seqq. multis aliis. Patet ex lege de caluitio. Deut. 14. vers. 1. Patet ex loco scripture de illis, qui pilum poterant funda percutere. Jud. 20. vers. 16. quod Spiritus sanctus annorauit. Patet ex historia Absolonis, quem Deus erinibus præhendens suspendit in quercu, &c. 2. Sam. 18. v. 9.

## CONSOLATIO.

Consolationem autem hinc pii capere possunt maximam, quod ipsis in vocatione sua nihil periculi nocere possit, cum Deus tam sit prouidus & sollicitus, vt non patiatur ipsis vnum euelli pilum. Et Satan ipse Hiobo sine Dei permisso ne vnum quidem potuit curuare pilum, Job. 1. Custodit enim suos, vt pupillam oculi.

Et quia in manu signauit, semper habet in conspectu suo pios. Esa. 49. v. 16. Nemo nocere pijs quantumuis omnia possit: Ni Deus ipse velit, nemo nocere potest. Quod si maxime diuina voluntas permittat hostibus vt noceant, vt occidant; animæ nihil poterunt nocere. Mat. 10. v. 28. Imo ne ipsis quidem capillis. Neque enim quicquam perituum est, quod illi perdere voluerunt. Ossa custodit, Psal. 34. Lachrymas numerat: Psal. 56. v. 9. Colligit. Ibid. v. eod. Capillos conseruat ne pereant.

Quid igitur desideramus vltra? Quid metuumus ab hominibus? Quid faciat mihi homo? Psal. 56. vers. 12. Er soll mir nit ein haar krümmen sine Deo. Vnd wannu sie ons das gar auß rauffen / so soll es doch nit verloren seyn / sondern häpßch glänzen auff vnserm Kopff am iungsten Tag. Cum corpore enim capilli resurgant & glorificabuntur, Phil. 3. v. vit.

## ADMONITIO.

Quia omnia in manu & potestate Dei, adeoque capilli etiam vt nec Satan, mundus vel quispiam alius sine Dei Permissu possit lædere; imo ne in nostris quidem manibus sint capilli, vt vnum ex illis vel album vel nigrum possit,

possimus facere, Christo dicente, Matth. 5. v. 36. quanto magis ipsa vita & anima nostra in Dei est potestate, & non in nostra. Monemur ne temere & contra Dei voluntatem vitam & corpus in discrimē adducamus. Qui amat periculum peribit, Syr. 3. v. 27. Non enim tentandus Deus, Deur. 6. v. 16. Custodiunt angeli, Psal. 91. v. 12. in *vis tuis*, id est, vocatione. Ibidem.

F I N I S.

## THEMA XIII.

Luc. 16. v. 33.

*Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

## D I S P O S I T I O.

Desumpta sunt verba pauca ex proluxa illa Christi concione, in qua non tantum de excidio Hierosolymitano, sed etiam de nouissimo die & interiu mundi, erudiuit suos auditores, paulo antequam pateretur Hierosolymis. Vtque nihil dubitarent de his, addit, verbum suum, quod de fine seculi protulerit, multo esse solidius, quam cælum & terra sint. Fore enim, vt cælum & terra aliquando pereant: nihil tamen de verbis suis perituum, quin omnia potius abunde completum iri. Et hæc eadem verba non hic tantum, sed & Matth. 24. v. 35. & Marc. 13. v. 31. descripta extant, vt intelligatur serio hæc à Christo agi.

Nos itaque 1. de transitu cæli & terræ, 2. de firmitate verbi diuini dicemus.

## 1. Pars.

1. Constat nobis ex scripturis, cælum & terram non fuisse ab æterno, sicut olim senserunt gentiles: qui ignorabant scripturas: sed hæc à Deo condita esse in tempore, scilicet ante annos 5570. Hic enim præfens annus ab incarnatione Christi est 1608. ab exordio mundi 5570.

2. Sic.

2. Sicut autem scimus, cælum & terram in tempore creata: ita scimus suo quoque tempore iterum esse transitura & peritura, nec fore æterna. Veterales enim, Psal. 102. v. 27.

3. Tempus quidem, horam, diem, annum, quando sit futurum, nesciunt Angeli, minus homines: sed Pater sibi referauit, Act. 1. Marc. 13.

Hoc tamen de tempore scimus, quod in die nouissimo sint transitura cælum & terra, cum omnibus quæ in his sunt.

4. Quomodo cælum & terra sint peritura: 1. scilicet in igne. 2. subito, 3. magno cum fragore, 4. ubi elementa liquefcent. id omne Petrus eleganter expressit, 2. Petri 3. v. 10. mutuatus pleraque ex Esa. 51. v. 6 & 66. v. 16.

5. Quid post futurum, & ubi mansuri electi, cum omnia transibunt, etiam ex Esa. 61. v. 17. & Petro constat: Nouos cælos, & nouam terram esse creanda.

De hac eadem materia vide etiam supra in hac parte Promptuarii, Dispositionem Thematis LXIV. & Thematis XC VII ex Veteri Testamento. Sic etiam quis huius loci vsus, ibi annotatum, quod huc referri debet: scilicet, Non timendum piis illud incendium.

2. Non debere nos esse illusores, sicut Petrus 2. Petri. 3. prædixit, sed præparare corda, ut inueniamur accepti, & digni simus stare ante filium hominis, Luc. 21. v. 36.

3. Non tantopere diligendum mundum & hæc terræna, quia omnia aliquando peritura. Vide ibi.

## II. Pars.

Verba autem mea non transibunt, inquit Christus: quæ enim de fine seculi vobis prædixi, tam certo suum complementum erunt habitura, ut ruina cæli & terræ testetur, fuisse mea verba minime fallacia.

Hæc vero non tantum de verbis huius capitis, aut tantum de verbo, quod finem seculi prædicauit, intelligenda sunt: sed de omni verbo diuino: Legis scilicet. & Euangelii: hoc est, verbo promissionis & comminationis.

1. Sic

THEMA XIII. EX NOVO TEST. 449

1. Sic enim de lege Matth. 5. v. 18. Christus, non cader  
vnus apex. Idem Luc. 16. v. 17.

2. De verbo Euangelij: Verbum Domini veritas, &c.  
Psal. 33. v. 4.

Et in genere sæpius scriptura monet, verbum Domini  
manere in æternum, cum omnia alia pereant & consu-  
mantur. Psal. 119 v. 89. & 96. Esa. 40. v. 8. 1. Pet. 1. v. 25.

Nunquam enim mentitur: semper manet verax & con-  
stans, Num. 23. v. 19.

Nunquam irritum fit verbum, nunquam mutatur,  
Esa. 46. v. 10. & 11. in fine capituli.

Nunquam fallit Nunquam aberrat à vero.

V s v s huius loci de firmitate & veritate verbi diuini  
multiplex esse potest.

I. Ad CONSOLATIONEM facit. Quia enim omnes  
illius promissiones sunt certissimæ, quas non reuocat,  
nesciens mentiri Deus, Tit. 1. vers. 2. & quia dona illius  
sunt *ἀπὸ τοῦ πνεύματος*, Rom 11. vers. 29. nec vnquam possunt  
fieri irrita, cum nitantur fide Dei promittentis indubia;  
ideoque semper cum Abrahamo contra spem in spem  
credendum, Rom. 4. v. 18.

Et sic credendum in fide, vt robusti fiamus in fide, tri-  
buentes gloriam Deo, certa persuasione concepta, quod,  
qui promisit, potens sit seruare, &c. ibid. v. 20. & 21.

Cum ergo dixerit Dominus, Noli timere, Ego tecum,  
Ego feram, Ego non relinquam, Ego reficiam, &c. Es 41.  
v. 10. & 43. v. 2. & 46. v. 4 Joh 14. v. 18. Matth. 11. v. 28. mi-  
nime de hoc dubitandum, sed his promissis inhaerendum  
firmissime. Sic de cæteris.

Huc pertinent illa scripturæ testimonia, Numer. 23. v.  
19. Psal. 33. v. 11. & 117. v. 2. Esa. 5. v. 6. in fine, & 54. v. 10.

II. ADMONITIO etiam hinc notanda. Quia e-  
nim Deus non verax tantum in promissis, & non tan-  
tum manet verbum Euangelij: sed etiam verbum legis,  
& veraces etiam comminationes; monemur ne simus ir-  
risores & contemptores sicut illi, Jerem 6. v. 10. & 7. v. 27.

Esa. 28. v. 15. Esa. 5. v. 19. *Laf herfabren / r.* Neque etiam illud verbum irritum fit, quod pœnas minatur. Huc pertinent ea Tob. 14. v. 6. 1. Sam. 15. v. 29. Esa. 46. in fine. Jer. 11. v. 14. & 15. v. 1. Esa. 47. v. 3. Nemo precibus me detinebit: sed vindicabo.

F I N I S.

## T H E M A XIV.

Ioh. 3. v. 13.

*Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit, filius hominis, qui in cœlo est.*

## D I S P O S I T I O.

Nota esse debet & potest ex Genes. 3. v. 24. historia illa, quomodo Protoplasti mox, postquam peccauerunt sua inobedientia, eieci & pulsi sunt Paradylo. Sicut autem horto illo voluptatis eieci, ita simul propter commemoratam inobedientiam è cœlo etiam pulserant, cum omnibus posteris, & à cœlesti vita perpetuo debebant exulare: si non Deus misericors aliam inuenisset viam, per quam ipsos pœnitentes, cum omnibus similem pœnitentiam acturis, cœlo restitueret.

Quomodo autè id factum sit, præsens docet sententia Christi, vna ex præclarissimis totius scripturæ. Quamuis autem sententia sit trita & per se clara, multi tamen illam nec intelligunt recte, nec interpretantur sobriè.

Ratio est, quod non intelligunt.

1. Quis filius ille hominis, de quo hic sermo est:
2. Quid sit in cœlo esse: vel
3. De cœlo descendere: & rursus
4. In cœlum ascendere. His iam explicatis vsus huius loci per se facile parebit.

## I. Explicatio Phrasewn.

I. Quis sit filius ille hominis notandum. Et enim multi quoque alij hoc nomine sæpius vocantur in scripturis, præ-

præsertim vero Prophetæ. Filii hominis, sæpe repetitur, ad Ezechielem, cap. 2. 3. 4. 7. 33. & fere omnibus aliis.

Sed & omnes homines hoc nomine appellantur, Psal. 90. v. 3. Hiob. 25. v. vlt. Psalm. 11. vers. 4. At hoc loco per filium hominis intelligitur is, qui à Spiritu sancto singulariter fuit notatus, etiam in Vet. Testamento, Psal. 8. v. 5 & Dan. 7. v. 13. estque Jesus Christus, sic sæpius seipsum appellans. Matt. 9. v. 6. & 11. v. 19 & 12. v. 8. Joh. 5. v. 27.

Ratio. Quia ex homine, Maria virgine natus, sine peccato tamen. Dicitur ergo sic ratione humanæ naturæ, non quatenus Deo ab æterno, sed quatenus homo natus in plenitudine temporis, Gal. 4. v. 4. De se itaque dicit. Quod solus ipse ius habeat in cælo. Nemini enim in cælum patet aditus, nisi ei, qui de cælo venit. At nemo descendit præter Christum. Quia nemo hominum in cælo præter ipsum fuit.

II. Quid igitur vult per illud *esse in cælo*? Hoc significat esse in cælo: Esse in summa gloria & maiestate cum Deo. Ad illam gloriam Christus mox ubi in utero Mariæ est conceptus ex obumbratione Spiritus sancti, est exaltatus. Quia humana natura cum Deo personaliter unita est. Ideoque Christus homo, à *ἀδελφῶν* in prima conceptione, fuit collocatus in cælum, id est, in summam gloriam & maiestatem. Deus enim nunquam relinquere cælum, nunquam est extra cælum. Christus ergo tum ad tantum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam, fuit in cælo: id est, in gloria cælesti (cælum enim non locum aliquem, sed maiestatem & gloriam denotat: sicut & Deo propter excellentiam tantquam sedes tribuitur, Esa. 66. vers. 2. non quod localis sedes sit Dei.) Hanc cælestem gloriam nunquam amisit Christus, sed non vsurpauit. Ideoque etiam cum loqueretur Nicodemo, in terris, tamen fuit in cælo ratione gloriæ & maiestatis: quam tamen occultauit.

III. Jam itaque tertio loco patet, quid intelligatur per Christi descensum de cælo, scilicet illa humiliatio &

exinanitio Christi. Quia enim nos superbia perieramus. Christus per humilitatem, nostrum lapsum voluit restaurare. Exinanitio igitur ipsius, est descensus de cælo. Non autem indulgendum crassis cogitationibus carnalibus, quod Christus deuolauerit, aut per gradus descenderit, &c. Sicut enim supra diximus, in cælo esse, significat, esse in gloria: ita descendere de cælo, est gloriam illam cælestem deponere, & induere formam serui. De qua Phil. 2. v. 7. Aliàs non potuisset occidi, & mori pro nobis, si in gloria mansisset. Descensu itaque, hoc est, exinanitione & euacuatione opus erat.

IV. Non autem semper mansit in statu exinanitionis, verum sicut descendit, ita etiam ascendit, hoc est, resumpsit gloriam, deposita serui forma. Hoc non tantum factum est, cum visibiliter ascendit in cælum, sed cum deposuit omnes infirmitates humanas, & cælum occupauit, Act. 3. v. 21. Hanc ascensionem spiritualement & inuisibilem, visibili ascensione declarauit. Hæc Paulus omnia in vno dicto egregie explicat, Phil. 2. v. 6 ad 12. Non autem de localibus motionibus illa, quæ diximus, sunt intelligenda: aliàs multa sequentur absurda, quod Christus deseruerit patrem, quod is non sit vbique, &c.

### II. Pars. *Vsus præcedentium.*

Ex prædictis docemur, per quem nobis peccatoribus penitentibus pateat aditus in cælum. Hoc enim Christus vult Nicodemo dicere: Cupis ingredi regnum cælorum. At cælum non nisi iustus pater. Præter me autem nemo iustus est. Ergo nemini præterquam mihi deberet cælum. Quia cælum promerui mea passione, & in cælo ab æterno fui. Ergo per me stabit, quem velim mecum asumere in cælum. *Ohn mich kan keiner hinein kommen.* Id alibi similitudine ostij, Job. 10. v. 7. alibi per VIAM explicat, Joh. 14. Ego sum via. Et addit; Nemo venit ad patrem nisi per me. *Ibid. v. 6.*

Promisit autem omnibus credentibus, quod illos sit assum-

THEMA XIV. EX NOVO TEST. 453

assumptus secum in cœlum, Ioh. 6. v. 37. Non ciciam foras, Joan. 14. verfic. 1. Assumam vos, Joan. 12. verf. 31. Omnes traham ad me. Et Joh. 17. verf. 24. eleganter, Volo, vt vbi ego sum, & Joh. 12. v. 26. Vbi ego, ibi & minister meus.

CONSOLATIO hæc maxima est, quod, licet propter peccatum omnibus exulandum à cœlo, tamen per Christum ianua patet iterum omnibus credentibus.

DOCTRINA necessaria etiam hæc obseruatu: quod nulla alia via, præterquam Christus. Non potentia Alexandri, non sapientia Aristotelis, non sanctitas Ioannis Baptistæ, non passionis Pauli, in cœlum promouent: sed vnus & solus Christus. Multo minus Francisci & Benedicti regulæ viam monstrabunt. Vide Joan. 50. v. 1.

ADMONITIO tamen hæc noranda: quod scala illa in cœlum, (CHRISTVS) fide apprehendatur. Hinc temper vrget fidem. Qui credit, Joan. 3. verf. 15 & 16. & 18. Joan. 5. v. 24 & c. At fides illa non fert impia & scelerata opera. Arbor bona fructus boni, Marth. 7. verf. 17. & 12. v. 33. Nemo itaque se decipiat: ne dum putat se ascensurum in cœlum, descendat in infernum. Probare vos an sitis in fide 2. Cor. 13. v. 5. Ostende fidem ex operibus. Jac. 2. verf. 18. & 17.

F I N I S.

THEMA XV.

Ioh. 3. v. 16.

*Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

DISPOSITIO.

Sicut stella vna aliam superat claritate, 1. Corinth. 15. verf. 42. ita vnus locus scripturæ alium. Hic autem locus prælectus tanquam Sol est inter cætera dicta scripturæ.

ff 3

Estq;

Estque hic vere Epitome & nucleus totius Evangelii puri & sincerissimi. In hoc enim tam breuiter, tam perspicue, tamque acruose omnes causas salutis nostræ, (sicut illæ inter se coherent) accuratissime Christus expressit, vt hic vnus locus sufficiens esse possit, ad decidendum plurimas controuersias, quæ semper hoc negotio sunt motæ.

Tres itaque causas principales, Hauptvsachen / [ vel clarius pro simplicioribus. initium, medium & finem ] salutis nostræ, quæ omnia hoc insigni dicto comprehenduntur, breuiter explicabimus.

## I. Pars.

Principalissima & cæteras omnes antegrediens causa salutis nostræ est, infinita illa & ineffabilis Dei dilectio. Origo itaque salutis ex Deo est, & nequaquam ex nobis. Dilexit initio quia condidit. Sap. 1. v. 24. & 26.

Et hoc primum est indicium amoris Dei.

2. Dilexit etiam postquam peccissemus in peccatis. **MUNDVM** enim dilexisse dicitur. Quid autem est mundus, nisi cæterua peccatorum & perditissimorum hominum. Dilexit ergo inimicos suos capitales. Mundus enim in maligno positus est, Joh. 5. v. 19.

3. Præterea quod *mundum* dilexit, testatur hoc Christus, Deum neminem excludisse, quem non dilexerit ab æterno. Omnis in  *toto mundo* dilexit. Huc pertinent illa Ezech. 3. v. 9. 1 Tim. 2. v. 4.

4. Declarauit dilectionem euidentissime: quod dedit filium vnigenitum. **Hat ihune selbt ins Herz ge-griffen.** 1. Joan. 4. v. 9. In hoc aparuit charitas. Nisi enim hoc fecisset, posset Satan obtendere, quid est, quod Deus te diligere dicitur? interim tibi est perendum, &c. At filium dedit, ne periret nullus, sed omnes haberent vitam æternam.

Hoc est testimonium dilectionis apertissimum.

## II. Pars.

Simul vero includitur hic altera causa siue medium salutis nostræ quod est meritum Christi. Is enim filium patri

patri obediens ( de quo Phil. 2. v. 8. ) passus est, se dari in mortem acerbissimam: vt nos acceptos faceret, Eph. 1. v. 6. Per illius obedientiam necesse fuit illud omne tolli & corrigi, quod per alterius inobedientiam fuit peccatum, Rom. 5. v. 18. & 1. Cor. 15. v. 21. Estque hoc Christi meritum vniuersale. Quia sicut pater dilexit mundum: ita Christus se dari voluit pro mundo, vt nullus pereat: vt omnium misereatur, Gal. 3. v. 22. Rom. 1. v. 32. Pro totius mundi peccatis, 1. Joh. 2. v. 2.

Adco vt pro pereuntibus etiam datus fuerit, 1. Pet. 2. vers. 1. negant dominum, qui emit eos, Pro inimicis suis mortuus Rom. 5. vers. 10. Perit frater pro quo Christus mortuus. 1. Cor. 8. v. 11. Rom. 14. v. 15. Idem extat Rom. 5. v. 8. pro peccatoribus.

## III. Pars.

Quare autem Christus datus: Quare dilexit? Vt nemo pereat sed omnes salui fiant. Quomodo poterimus autem salui fieri: Si participes fiamus dilectionis & meriti Christi: si illa nobis applicentur. Quomodo autem possunt applicari? FIDE, vt omnis QUI CREDIT non pereat. Hic est finis salutis. Hæc est tertia causa. Instrumentalis scilicet apprehendens. Fides enim manus est mendica, apprehendens eleemosynam illam, gratiam Christi, & dilectionem Dei. Fide hac viuet iustus. Hab. 2. in fine: sine hac fide impossibile est placere Deo, Hebr. 11. v. 6. Non autem historiarum tantum notitia requiritur (sic enim Diaboli etiam credunt, Jac. 2. vers. 19.) sed certa atque firma fiducia: qualis est Pauli, Gal. 2. v. 20. Dilexit me, tradidit se pro me.

## V S V S.

Huius doctrinæ multiplex vltus. Et stamus hic intrepidum contra aduersarios vtriusque partis, & profitemur hanc fidem, siue ipse Diabolus siue homines nobis irascantur, & ringantur etiam.

I. Discimus insignem esse blasphemiam, & luculentam

tam ipsi Deo fieri iniuriam, si dicatur, Deum non omnes dilexisse, Christum non pro omnibus datum aut mortuum. & hæc rantum ad electos pertinere, quæ Christus hic asseruit tam perspicue, *MUNDVM* discrete nominans. Nec illa possunt sana mente eludi à quoquam. Plura vide in disposito. Themat. sequentium.

I. Dicimus, solam incredulitatem esse causam damnationis. De hoc vide disposito. Themat. sequentis XVI ubi hoc ex professo tractatur.

III. Dicimus, vitam æternam non nisi credentibus dari: idq; propter solam Dei dilectionem, & solum Christi meritum. Nullo nostro merito aut opere posse impetrari. Donum, Rom. 6. v. 23. Eph. 2. v. 8. & 9. Gratia, Ibid. Et alia gratia non esset gratia, Rom. 11. v. 6. Ut sic soli Deo, soli Christo, constet suus honor.

IV. Dicimus hanc esse principalissimam consolationem aduersus omnes tentationes, vnd der rechte Haupttrost/ quod Deus omnes dilexit: & signum dilectionis ostendit dando filium. Si enim dedit filium, quomodo cum ipso non daret omnia? Rom. 8. v. 32. Quodq; Christus datus est pro omnibus. Nec quisquam tantus peccator est pro quo Christus non sit datus. Ego maximus peccatorum. 1. Tim. 1. v. 16. In hoc saluabitur omnis qui crediderit. Non est aliud nomen, Act. 4. v. 12. In hunc iubentur credere, carcerarius. Act. 16. v. 31. & omnes alij. Petrus credit. Latro credit, & saluatur.

F I N I S.

## THEMA VI.

Ioan. 3. v. 18.

*Qui credit in ipsum, non iudicatur, Qui autem non credit, iam iudicatus est.*

### DISPOSITIO.

Non omnes homines saluari, constat tam ex Euangelio, quam ex lege. Alios enim saluari, alios iudicari, ex mul-

multis locis scripturæ, & hoc ipso Joannis testimonio constat. Et plures quidem damnari, quam saluari ex illo Christi dicto Mat h. 7. v. 13. patet, quia plures ambulat in via ad infernum. Quæ autem huius rei causa sit, omnibus temporibus inquisiverunt homines, sed varias sæpe & tales commenti sunt causas, quarum assertione ( si aliud peccatum non haberent ) multi condemnationem fuissent promeriti. Occasione autem huius loci, primum ostendemus, quas causas mundus prætendat, & quare, vel quomodo in eis erret.

Deinde veram causam ex ore Christi hoc loco subiiciemus ne & nos erremus cum aliis.

I. *Agris. Remotio falsæ causæ.*

1. Primum eo impietatis quidam progressi sunt, ut contulerint causam damnationis in ipsum Deum. At quis tam sit impius, inquis? Certe Adamus primus est, qui Deo culpam tribuit, quod incidit in peccatum, adeoque reus factus damnationis æternæ. Vbi hoc dixit? Genes. 3. Mulier, quam tu dedisti mihi, &c. At non dederat DEVS mulierem, ut peccare doceret maritum, sed ut esset adiutorium. Et dederat liberum arbitrium, ut potuerit non peccare. Itaque Scriptura Adamo tribuit culpam: Per vnum hominem venit. Rom. 5. v. 12. At grauius accusant Deum (quam Adamus) illi qui etiam hodie docent, Deum sit ordinasse, ut peccarent Protoplasti, Nec inuito ipso hoc factum. Imo, Noluisset Deum omnes fieri saluos, sed arcano consilio destinaisse maiorem partem hominum ad exitium. Multorum Deum nunquam voluisse misereri, &c. Horret animus plura & magis blasphema (quæ publice extant) referre. Quid est hoc aliud, quam Deum accusare quod is culpa sit damnationis hominum.

Contrarium iuramento affirmat Ezech. 33. v. 1. Væ si non iuranti credimus: Idem patet ex 1. Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 2. v. 9. Rom. 11. v. 32.

2. Alii pari impietate culpam coniciunt in Christum

Ff s stum

stum. Hi scilicet, qui negant, Christum esse mortuum & passum pro toto mundo, & pro damnatis etiam, sed tantum mortuum dicunt *pro electis*. At is propitiatio factus pro totius mundi peccatis, 1. Joan. 2. v. 2. Mercatus est etiam eos, qui negant ipsum, 2. Petr. 2. v. 1. Mortuus est pro his qui pereunt, propter aliorum offensivam, Rom. 14. v. 15. 1. Cor. 8. v. 11.

Sufficit vna guttula sanguinis filij Dei pro peccatis omnium.

3. Alij coniungunt culpam in magnitudinem peccati. Quorum primus est Cainus, dicens; Maius est peccatum, Genes. 4. vers. 13. Cui recte respondetur: Mentiris Cain. Maior enim Dei misericordia, quam omnium miseria. Et ideo conclusit omnia sub peccatum: ut omnium posset misereri, Rom. 1. v. 32. Galat. 3. v. 22. Misericordia Dei tanta est, quantum ipse est, Syrac. 2. in fine. Ergo infinita & maior omnibus peccatis & peccatoribus.

Paulus, 1. Tim. 1. v. 16. se *maximum omnium* dicit esse peccatorem, at misericordiam consequutum. Omnia ergo peccata si in vno homine haerent, non esset tamen peccator maior, quam misericordia Dei. Vbi abundavit peccatum, superabundavit gratia Rom. 4. v. 21.

## II. *Orig. Vera causa assertio.*

At quæ tandem est causa damnationis omnium? si Deus non, si filius non, si peccatum non est in causa? Resp. *vna & sola incredulitas* damnationis causa est. Hoc patet ex loco præsentis. Quantumcumq; peccauerit homo, non iudicabitur, *si credat*. Vicissim si non credat, iam *iudicatus est*. Quare? Quia non credit in nomen *unigeniti* filij Dei. Nolo apprehendere medium salutis. Deum facit mendacem, quod non velit propter filium remittere peccata, 1. Joan. 1. v. 10.

Christi meritum facit inefficax: quia illud non vult si de apprehendere. Facit id Hebr. 10. v. 29. Non igitur damnant omnia alia peccata, si non accedat incredulitas.

Cæc.

Contra om  
no vult acc  
tee Josu  
peccato. Q  
per Augu  
peccatum  
manente  
mittitur  
peccato m  
cuncta pe  
quo carer  
peccato. Q  
An quia p  
solum dim  
pateat Deu  
non etredi  
augustinu

1. Pro  
culpa. Si  
vea men  
nam. S  
2. No  
Quia no  
sola incre  
de fide est  
3. v. 8. &  
Ergo teta

Am  
Ot.

Cætera omnia remittunt, at incredulitas remissionem non vult accipere: quia non vult credere. Hoc clare patet ex Joan. 16. v. 9. vbi Christus ait, accusabit mundum de peccato. Quali? Quia non credunt in me. De hoc egregie Augustinus Tract. 95. in Joan. Tom. 9. pag. 323. Hoc peccatum quasi solum sit, præ cæteris posuit, quia hoc manente cætera detinentur: & hoc discedente cætera remittuntur. Idem de verbis Domini, serm. 60. De hoc vno peccato mundum argui voluit: quia in eum credendo cuncta peccata soluantur. Hoc vnum imputari voluit, quo cætera colliguntur. Et serm. 61. Cur de hoc arguat? An quia peccata omnia per infidelitatem tenentur, per fidem dimittuntur? Propterea hoc vnum præ cæteris imputat Deus, per quod fit, vt cætera non soluantur, dum non credit in humilem Deum homo superbus. Hæc Augustinus.

*Vsus huius loci generalis.*

1. Propria culpa pereunt, quotquot pereunt: non Dei culpa. Simile ab incarcerato, qui non vult liberari. Simile à mendico, qui non vult accipere manu sua elemosy; nam. Sileat ergo omnis caro.

2. Non noua doctrina hæc est de sola fide saluante. Quia non noua de sola incredulitate damnante. Si enim sola incredulitas damnat, sola fides beat. Hæc doctrina de fide est Prophetica, Habac. 2. in fine Apostolica, Rom. 3. v. 28. & ipsius Christi. Hoc loco & alibi, Marc. 16 v. 16. Ergo vera.

F I N I S.

THEMA XVII.

Ioan. 5. v. 24.

*Amen, Amen dico vobis, qui audit sermonem meum,*

*etc.*

DISPO.

## DISPOSITIO.

Memorabilis multis nominibus est hæc sententia Jesu Christi saluatoris: quia non vulgaris homo, sed filius Dei hic loquitur, nec simpliciter, sed addita solemnium iuramenti formula hoc proponit: Amen, Amen.

Felices, si ne iuranti quidem credimus. Hæc autem est sententia Christi hoc loco. Dixerat in verbis immediate præcedentibus? Esse hanc Dei patris immortam voluntatem, ut honoretur filius, sicut honoratur pater: Jam vero his verbis subiungit, 1. Quo pacto pater & filius honorentur: scilicet, auditu verbi & fide. 2. Addit, Quod præmium expectandum honorantibus sic Deum, & filium ipsius verbi auditoribus scilicet, & si delibus: nimirum vita æterna, absolutio in iudicio, & transitus de morte ad vitam. Hæc iam breuiter tractanda erunt.

## I. Pars.

Primum requirit Christus *Auditum verbi*. Qui audit sermonem meum. Sermo autem Christi nihil est aliud, quam Euangelium prædicatum. Complectitur autem hic totum doctrinæ genus à Christo propositum, præcipue vero eam doctrinæ partem, quæ nobis directe Christum auctorem vitæ, monstrat.

Deinde vero quia audire non sufficit, addit, (*Et credit ei, qui misit me*) Quibus verbis fidem indubiam ex auditu verbi conceptam, intelligit & requirit. Sine qua nemo saluus esse potest.

Hoc loco notandum, quam eleganter exprimat quid velit. 1. Vult auditu sermonem suum. 2. Vult credi, non sibi, sed huic, qui miserit ipsum. *Verbum filii audiat, ut patri credat*, ait Augustinus super hæc verba. Quare verbum tuum audit, & credit alteri? Respondet August. *Quia verbum patris est: in filio*. Sic enim habent verba illius. Quid ergo voluit dicere, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est,

Est, audit verbum meum, nisi audit me: Qui credit mihi & credit ei qui misit me, quia cum illi credit, verbo eius credit: Cum autem verbo eius credit, mihi credit: quia verbum patris ego sum. Pax ergo in scripturis & omnia disposita, nequaquam rixantia. Tu abiice litem cordis tui, intellige concordiam scripturarum, &c. Hæc ille.

L. Discimus, quam necessarius sit auditus verbi prædicati. Præterquam enim quod hanc nobis præstat utilitatem, de qua in 2 parte dicitur, quod salutem confert, etiam hanc ob causam est necessarium audire verbum Domini, ut sic Deus honoretur. Quam ægre enim ferat Dominus, si audire verbum illius reculemus, patet ex Prophetis maxime. Hinc toties cõqueritur grauissime quod noluerint audire, Esa. 42. v. 20. Ier. 6. v. 10 & 7. v. 27 & 13. v. 11. in fine, Ezech. 1. vers. 7. Item, Quod obtulerint aures, Psa. 58 v. 5. Vide Psa. 95. v. 8. Et ne idem nos faciamus, obicitur Heb. 2. ex Psalmo eodem 95. v. 8. Utque inexcusabiles sint omnes, prædicari voluit quoque recusantibus audire, Ezech. 3. in fine. Idem cap 2. v. 7. & seq Idq; in testimonium super ipsos.

Sic enim Deo placuit dare fidem per auditum, Rom. 10. v. 18 & salutem. Hinc beati, qui audiunt, pronunciantur. Luc. 11. v. 28 1. Cor. 1. v. 21. Sicut autem Dominus non simpliciter dedit verbum prædicatum, ut audiretur: sed simul per id, tanquam instrumentum, fidem dare constituit: ita quoque nos non tantum vult audire, sed etiam credere. Qui audit & credit, ait. Alioquin frustra auditur. Hinc ille vult illud verbum auditum *custodiri* in corde fidei, Luc. 8. v. 15. Idem est quod sapius vult Christus, verbum seruari: Joh. 8. v. 51. & 52. Joan. 14. v. 15. & Ioh. 15. v. 10. Qui enim credit Christo, seruabit verbum, & fructus faciet, tanquam arbor bona.

### I I. Pars.

Quid vero inde habent utilitatis, qui audiunt verbum Christi & credunt? Tria sunt bona illis, quibus maiora esse non possunt, expectanda.

I. Ha-

I. Habent vitam æternam. Finem fidei, 1. Pet. 1. v. 9.

II. Non veniunt in iudicium, scilicet condemnationis. Sistentur ante tribunal, vt audiant sententiam abfolutionariam. Non condemnabuntur. Quia Christus qui infidelium & incredulorum est iudex: is idem fidelium & credentium est aduocatus, 1. Joh. 2. v. 1.

III. Non morientur, scilicet morte fecunda, Apoc. 11. v. 8. & æterna, sed mors corporalis transitus erit illis ad vitam. Neque vero illa est mors dicenda: sed via ad meliorem vitam, quam est temporalis.

Ideoq; ait, iam *transiit*. Er hat schon den ewigen Todt verstanden. Non amplius nocebit mors fecunda. Qui scilicet credit in eum qui vicit mortem Osè. 13. v. 14.

CONSOLATIO maior est non potest pro credentibus in omni vita, in ipso etiam mortis agone, quam hæc quod sciunt, *non moriendum ipsis*, sed dormiendum. Mors enim corporalis non appellatur amplius mors, sed somnus, Luc. 8. v. 52. Joh. 11. v. 1. 1. Thess. 4. v. 3. Imo non tantum somnus, sed *transitus ad vitam*. Non horret viator viam (licet sit paulo asperior) quæ certe & sine mora ducit ad locum amœnum & exoptatissimum. Neque hoc tantum solatur, sed magis illud, quod *post mortem non iudicium* (quod alioquin restat, Hebr. 9. v. 27.) est expectandum aut extimescendum. Licet enim omnes sistenti, 2. Cor. 5. v. 10. tamen credentes mox absoluentur, & assumentur tanquam *assessore*s, in hoc iudicio. Sic werden in Ring gesetzt werden. Juxta id Luc. 22. v. 30. & 1. Corint. 6. v. 2. mundum, imo *angelos*, (ibid. v. 3.) malos iudicabimus. Hæc consolatio cum omnibus mundi thesauris non commutanda. Ad *credentes* autem pertinent ista tantum. Tu ergo quisquis es, qui credis, cur horres mortem? Quia vitam destruit, inquis. Minimè. Est ad vitam veram transitus. Si ergo vere vis viuere, cupias mori. Hæc enim vita non vere vita est. Labor, dolor, Plal. 90. vers. 10. & mors est. Vita quid est? labor est, & nil nisi mortis imago: Tristis ad extremum sollicitudo diem.

Eriam

THEMA XVIII. EX NOVO TEST. 463

Etiā Cicero dixit: Nostra hæc quæ dicitur vita, mors est. Carcerem vocat Tertullianus. Cupiamus ergo solui. Phil. 1. v. 25. Quod melius est. Ibidem. Non iudicaberis vitam æternam hereditabis, Matth. 25. v. 25.

FINIS

THEMA XVIII.

Ioh. 5. v. 28. & 29.

Venit hora, in qua, qui in monumentis sunt, audiens vocem eius

DISPOSITIO.

Sic Christianus in symbolo suo confitetur, Credo carnis resurrectionem. Quamvis autem fides sit rerum non apparentium, Heb. 11. vers. 1. tamèn nihil est credendum, nisi illius fundamentum firmum habeamus in scripturis. Huius autem articuli, De mortuorum resurrectione, firmissimum extat fundamentum hic, in verbis eius, qui caput est & primitiæ resurgentium, 1. Cor. 15. vers. 20. Et à cuius resurrectione omnium resurrectio dependet. Etis quidem optime nos de resurrectione erudire potest: quia illius fecit initium. Perruptor, Mich. 2. v. 13.

De 4. autem his circumstantiis nos erudit.

1. Certam esse resurrectionem.
2. Quando futura illa, & quomodo
3. Qui nam sint resurrecturi.
4. Quantum discrimen inter resurgentes futurum.

I. Pars.

Certam resurrectionem fore ipse Filius Dei docet. Venit hora illa. Quasi dicet, Dum vos variis negotiis occupati estis in mundo, transit tempus, labitur ætas, & interim semper propius accedit hora resurrectionis. Ecce veniet illa hora tacitis pedibus, quando vos non putabitis, Matth. 24. v. 44. Sic enim illa prædicta olim in Veteri etiam Test, Ela. 25. & 26, Ezech. 37. Ose. 13. Hiob. 16: bla

Illā hora nondum præterit nec elapsa est. Nec est quod putetis, vel obliuioni tradendam, vel tranſituram, vt nemo animaduertat. *Zhrwerdet ſie nicht verſchieſſen.*

Notandum contra illuſores, de quibus 2. Petr. 3. v. 3. & ſeqq. Et noſtrates etiam, qui dicunt, *hette ich hiezuſehen* *Wein genug / oder Geld zu zahlen / etc.* Sic etiam dicebant ante diluuium. *Dad iſt jhnen dannoch zu bald kommen.* Vide Petrum *ibid.* v. 6.

### II. Pars.

Quando autem futura eſt illa reſurrectio? Et qualis, quomodo fiet? Tempus quidem certum non definitum eſt, Matt. 24. v. 36. Act. 1. v. 6. At cum fiet, quando reuertetur filius hominis de cælo, & vocem ſuam ſonare faciet. *Wann er ſich wird hören laſſen.* Apparebit enim in nouiſſimo diei in nubibus, cum magna maiestate. Matth. 26. Audietur vox illius. *Selbgeſehen.* 1. Theſſ. 4. v. 16. Audietur etiam vox Archangeli. Tuba Angelica & cæleſtis ſonabit. *Ibid.* Cum ipſo apparebunt omnes ſancti Angeli, Matth. 25. v. 31. & 24. v. 31. Congregabunt Angeli mortuos & electos ad Chriſtum à 4. uentis. Rapientur ab Angelis reſurrecti in occurſum Chriſti in nubibus, 1. Theſſ. 4. v. 17. Videbimus Chriſtum in forma hominis, ſicut eſt, 1. Joan. 3. v. 2. Magna autem erit maiestas eius, Mar. 13. v. 26. Exhortentur impij & hoſtes eius, & experientur, in quem pupugerunt, Zach. 12. v. 10. Capita læti atollent credentes, & cum iubilo ante ipſum comparebunt, Luc. 21. v. 28. Iudicium ibi mox inchoabitur. Pii aſſeſſores erunt Chriſti, Luc. 22. v. 30. 1. Cor. 6. v. 2. & 3.

### III. Pars.

Quiaam autem ſunt reſurrecturi? Omnes qui in monumento ſunt: id eſt, omnes morui. Quocūq; modo interierint: quocūq; loco ſepulti ſunt. Siue enim in terram, ſiue in cineres redactus homo, ſiue à beſtijs, ſiue ab igni vel aere conſumptus ſit homo: perinde eſt. Nam coram Deo id eſt monumentum hominis, ubi hominis puluis eſt

est sparsus. Neque quenquam impediet locorum distantia, nec quicquam aliud. In igne enim illo, quo cœli & terra atque omnia Elementa colliquescent: illud tamen unū seruabitur quod de substantia hominis fuit. Sicut in igne auri fabri, perit quicquid est quisquiliarum & sordium coniunctum cum auro: at minutissima tamen auri particula confluit in locum suum, & manet superstes. Ita hic nihil de homine peribit. *Es wird alles herfürkommen. Capillus non perebit. Soll nicht dahinden bleiben / Luc. 21. v. 18.*

## IV. Pars

At inter resurgentes magna erit differentia. Nam qui male egerunt, resurgent ad iudicium: ubi ratio reddenda de verbo ocioso. Matth. 12. v. 36. si non ante mortem Aduocatus ille, 1. Joh. 2. fuit constitutus. Erit autem iudicium *in iustitia*, Act. 17. v. 31. Niemand vnrecht gesehen. Qui bene egerunt, ad vitam resurgent. Postquam enim stentur iudicio, 2. Cor. 5. v. 10. mox absoluentur & assumetur tanquam iudices: vt supra, in fine 2. partis dictum. Id est quod hic, Daniel etiam habet, cap. 12. v. 2.

## V S V S.

I. Fides de certissima resurrectione solatur nos in omnibus ærumnis, maxime vero grauioribus corporis morbis, Job. 19. v. 25.

II. Consolationem præbet aduersus terrores mortis, 1. Cor. 15. v. 21. & 22.

III. Solacium præstat in morte liberorum, coniugum & charissimorum, David. 2. Sam. 12. v. 23. Paulus sic inuicem consolari iubet, 1. Thess. 4. v. vlt.

IV. Quia fiet speratio inter resurgentes, Matth. 25. v. 32. & hic: demus operam vt bene agamus, semper considerantes nouissima, Syr. 7. in fine, & maxime iudicium, Eccles. 12. in fine. Qui credit, non veniet in iudicium, scilicet condemnationis, Joh. 5. Idque propter Christum Aduocatum: 1. Joh. 2. v. 1. & 2. non propter opera, quæ sunt panis mensuaturæ. Esa. 64.

F I N I S.

Gg

THE-2

## THEMA XXI.

Ioh. 6. v. 47. &amp; 48.

*Amen Amen dico vobis. Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vita.*

## DISPOSITIO.

Sententiola brevissima prolixam in se continet concionem. Omnia etiã hæc verba aureis literis cordi inscribenda. Et certe singula verba singularem habent emphasin. Qui enim hæc verba non tantum iuxta suas literas & syllabas numerare, sed in corde suo recte meditari, & ad usum transferre novit, is totum Euangelium in hac vna sententiola habet: quicquid Euangelicum est in totis Bibliis Veteris & Novi Testamenti. Primum itaque summam verborum paucis explicabimus: Deinde ex quolibet verbo doctrinam certam & peculiarem subiciemus.

## Paraphrasis.

Sæpe multumque ab initio mundi vsque huc disputatum & interdum aderrime concertatum fuit, quo pacto vitam æternam consequi possimus. Id quod etiam ex Quæstionibus Christo à Legisperitis propositis patet, Matth. 19. v. 16. Mar. 10. v. 17. Luc. 10. v. 25.

Neque vero occultam & ignotam esse viam ad vitam æternam sciendum est. Neque opus ut in cælum ascendamus, aut ex inferis id petamus, Deut. 30. v. 11. Philosophi sua sæpe data opera occultarunt, & tanquam ænigmata interdum proposuerunt, ut Delio natatore opus fuerit.

At Christus paucis verbis, quæ sit vera ratio consequendi salutem, ostendit: iuramento confirmans, hanc esse veritatem, cui tuto possint fidere: Quicumque ipsum filium Dei, Deum & hominem vera fide amplectatur, eum iam habere vitam æternam: & fore saluum. Illud etiam Joh. 5. v. 24. dixerat, credentes non venturos in iudicium sed à morte in vitam transiuros.

Qua-

Quare autem credentes in ipsum habeant vitam æternam, ostendit his verbis. Ego sum panis vitæ Præbet enim in se credentibus spirituales alimoniam, quæ ipsos nutrit & sustentat ad vitam æternam. De hoc cibo multum per totum Caput ipsius prolixè narrat.

## L O C I.

Jam ex singulis verbis aliquid singulare discemus.

I. Primum autem ex verbo, qui [C R E D I T] discimus, Non nouam, à Luthero aut Lutheranis excogitam doctrinam esse eam, qua profitemur, Hominem sola fide absque operibus legis iustificari. Hæc enim Christi, Prophetarum & Apostolorum est doctrina. Qui credit non pudebit. Esa. 28. vers. 16. Rom. 9. in fine. Hier. 5. v. 3. Oculi tui respiciunt fidem, Hab. 2. in fine. Justus fide uiuet sua. Vide Act. 13. vers. 39. Carcerario quærenti viam ad salutem dicitur, Credit in Dominum Jesum. Nihil prætere, Act. 16. v. 31.

Christus nil nisi fidem postulat, Mat. 16. vers. 16. Qui crediderit. Marc. 5. v. 36. Tantum crede Joan 3. Qui credit, v. 15. 19. 18. & 36. Jo. 56. v. 24 & v. 29. 40. & II. v. 13 & 12. v. 4. Paulus, Rom. 3. v. 22. 26. 28. & 4. vers. 2. & 5. Galat. 2. v. 16. Non nisi per fidem, Credimus & nos. Petrus, ex Esa. 1. Pet. 2. v. 6. Qui crediderit. & c. Joan. 1. Joan. 5. v. 11. & 13.

II. Qualis autem fides requiratur, aut quid sit credere, ex uoculis, IN ME, constat. Non enim nudam historiæ noticiam, qualem etiam Diaboli habent, Jac. 2. v. 19. requiri, sed fiduciam in ipsum mediatorem, inde constat, quod non ait, qui de me credit, quod sum Saluator, aut qui mihi credit: sed qui in me credit. Credere autem in Christum, est omnem fiduciam in ipsum collocare, quod non tantum sit factus uictima pro peccatis mundi, quod sit iustificatio & sanctificatio, sed etiam quod pro te sit mortuus: quod tibi sit factus iustitia, & c. 1. Cor. 1. Sicur Gal. 2. v. 20. Dilexit me & tradidit seipsum pro me.

Et huc pertinet illa etiam similitudo de pane vitæ. Sic.

Gg 2 ut pa;

vt panis terrenus nutrit corpus terrenum : ita PANIS  
VITÆ alit in nobis spem , ad salutem æternam. Et hic  
manducandus est ore cordis , Fide. De hoc pane alias.  
Nam totum caput 6 Joannis de hoc agit.

Obiter tantum hic inserta est hæc particula. Mandu-  
care hic nihil est aliud quam credere. Hæc non est ars illa  
leuissima , vt multi existimant , sed difficilima , præsertim  
in tentationibus grauioribus , vbi videtur mutatus in cru-  
delem, Iob. 31. v. 21.

III Quod dicit , HABERE vitam æternam , non ait,  
habiturus aut consequuturus est eam , id debet nos certi-  
ficare de salute , vt non dubitemus , Deum nõ negaturum  
nobis illam , quam Christus impetrauit & promisit vitam  
æternam. Quod quædam simus spe salui , Rom. 8. v. 24. I. Jo-  
an. 3. v. 2. Quod non sit concessurus , vt rapiamur è manu  
eius , Ioh. 10. v. 28. Nec quisquam separaturus , Rom. 8. v.  
35. sed virtute diuina nos custodiri ad salutem , 1. Pet. 1. v. 5.  
Quod contra illam , quam vocant dubitationem Papisti-  
cam , probe notandum est.

IV. Neq; vel minima illa vocula [ Quid credit ] est sine  
emphasi. Hac enim demonstrat , hæc intelligenda de omni-  
bus omnino credentibus , cuiuscunque sexus , conditionis  
sit. Sed sine omni personarum respectu , credentem , siue  
magnum , siue paruum , siue pauperem , siue diuitem , siue  
Iudæum , siue Gentilem , &c. habiturum vitam. Id Petrus  
comprobat , Act. 10. v. 34. Et Paulus Gal. 3. v. 28.

V. Neque enim mouere debet scrupulum , quod ait,  
Amen dico vobis. Etenim hoc alibi sic explicat,  
Quod vobis dico, omnibus dico, Marc. 13. v. 37. Et poste-  
rius verbum , QUI , vel quicumque , omnes summam  
comprehendit. Sicut id Gal. 3. v. 27. Quicumque , &c.

VI. Quod vero non vitam tantum , sed eam ÆTER-  
NAM , promittit: docet illam vere esse vitam , vbi nulla  
mors , non luctus , Ap. 21. v. 4. Hanc vero vitam , non esse sic  
dicendam: quia magis sit dolor , labor , Pl. 90. v. 10. q̄ vita.  
Ad æternam vero aspirandum , 2. Cor. 5. v. 1. cum hæc præ-  
sens sit relinquenda , Col. 3. v. 1.

VII. Vt.

VII. Vtque hæc omnia firmiter credamus iuramento solenni & vſitato, AMEN AMEN omnia confirmat. In ipſo omnes promiſſiones ſunt Amen 2. Cor. 2. v. 20. in ore ipſius non eſt dolus, 1. Pet. 2. Væ qui iuranti non credit.

F I N I S.

THEMA XX.

Ioan. 8. v. 51

*Qui ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.*

DISPOSITIO.

De Iſraelitis Num. 21. v. 6. ſingulari & iuſto Dei iudicio à ſerpentibus necatis, ſapiēs ait: Neq; herba neq; malagma ſanauit eos, Sap. 16. Et communi Prouerbio recte dicitur: Contra vim mortis, non eſt medicamen in hortis. Sicut autem loco citato additur, At verbum tuum omnia ſanans; ita quoque Chriſtus in verbis prælectis, monſtrat eandem medicinam, quæ contra vim mortis certiffima eſt & probatiſſima.

Quod cum apud rationem humanam non mereatur fidem, erit nobis accuratius expendendum, ne forte decipiamus nos ipſos.

Primum itaque audiemus, quæ ſit ars illa artium quodam remedium, *Wie das Recept laute contra mortem.*

Deinde etiam videbimus, vtrum hoc remediū ſit certum & probatum. *Ob es die Prob leiden möge. Wie und welcher geſtalt es gewiſſ ſey.*

I. Pars.

Illud vero *Recipe*, ex ore Archiatri Chriſti per Euangelitam Iohannem deſcriptum habet: Qui ſermonem meum ſeruauerit non morietur in æternum. Imo non videbit mortem. Omnia *ingredientia*, ſicut appellant pharmacopolæ & medici, huius Recepti, [ vt vulgo vocant ]

Gg 3

vel

vel remedii sunt probe consideranda, vt sciamus, quomodo vtendum hac medicina.

I. De sermone seruando agit. Quis hic sermo: *Sermo meus*, inquit, non Moysi sermo. Lex enim per Moysen Gratia per Christum Johan. 1. v. 17 Est itaque sermo Euangelii, seruandus. Is est, quod Iesus Christus Filius Dei verus sit Messias & venerit in hunc mundum, vt saluos faciat peccatores & conterat caput serpentis, destruat opera Satanae, mortem sc. & infernum, Luc. 19. v. 10. & 1. Tim 1. v. 15. Gen. 3. v. 15. Rom. 16 v. 20 1. Joha. 3. v. 8.

II. Quomodo seruatur hic sermo? Non hoc modo, vt hæc tantum verba memoriter teneantur & recitentur: sed seruatur F. DE. Vt scilicet non tantum audiantur, legantur, cognoscantur, sed fide sic in cor recipiantur, vt non dubitet homo, quod Christus sit saluator & iustificator ipseus, Gal. 2. Dilexit me, tradidit seipsum pro me. Hoc alibi vocat manere in sermone suo Joan. 8. v. 31. & credere. Sic enim Johan. 5 Qui credit habet vitam, per mortem transfuit ad vitam.

Hoc seruare sermonem Christi magnam requirit eamque certam & firmam fiduciam: quæ non est ars leuissima præsertim in tentationibus & ignitis Satanae telis.

III. Quomodo igitur à morte tutus erit credens & seruans verbum Christi vera fide? *Non videbit mortem*. Si hanc non videbit, certum est, quod liberatus sit à peccato quod mortem alioquin affert. Stipendium. Rom. 6. v. 23 Deinde certum est quod talis homo habeat vitam æternam. Vbi enim peccata remissa: ibi mors non dominatur. Vbi mors non, ibi vita: & æterna quidem. Si vita æterna, perpetuum & infinitum gaudium. Psalm. 16 in. fine.

Quid maius & excellentius homini potest contingere? Hæc itaque est ars illa artium contra mortem.

Plura autem hic noranda.

Primum quibus remedium sit conueniens & accommodatum? Non enim omnia omnibus conueniunt, sed habenda est ratio ætatis, sexus, complexionis aut

tem-

temperamenti. At de hoc remedio Christus, quod omnibus hominibus sine omni respectu personarum, ætatis, conditionis sit accommodatissimum, qui credant. *Quicumque*; enim inquit, *seruat sermonem*, non morietur: siue mas siue femina, siue ignobilis, &c.

Deinde iuramento confirmat esse hoc remedium probatissimum. *Es fehle nicht / die Xunst sey gewiß*. Probatum est. AMEN, AMEN. Certe huic credendum.

### II. Pars.

Nunc itaque secundo loco hoc inuestigandum, quomodo vere de hoc remedio dici possit, *Probatum est*? Nã Christum tam serio affirmantem hæc, non debemus arguere mendacii. Væ si illi non credamus iuranti.

Scio autem, charissimi, quid velitis hoc loco obicere: Idem certe quod Iudæi Christo in faciem dixerunt: Abraham & alii, credentes & seruantes verbum Domini, sunt mortui. Quomodo igitur potest dici contra mortem facere hoc remedium? &c. Joan 8. v. 52.

Respondeo. Si autem vobis (ò charissimi) probauero, nec Abrahamum, nec quenquam hoc usum remedio unquam esse mortuum, mihi palmam tribuetis? Maxime vero inquis. Attendite igitur, quid dicat Christus; Luc. 20. v. 38. Matth. 22. v. 32. Abrahamum, Isaacum, Iacobum, &c. viuere. Cum Deo enim ipsos esse viuos. Et Deum non esse Deum mortuorum. Certe Moysen ipsum, licet fuerit sepultus, viuere constat in cælo, quia viderunt ipsum Christus & Apostoli, Matth. 17. vers. 3. Et quidem is, atq; omnes sancti qui viuunt in cælis, non nisi huius remedii beneficio viuunt, & mortem non viderunt.

Hoc vero vt intelligatis, notandum vobis est, esse mortem duplicem. Aliam corporalem, quæ prima est: & quæ tantum animam à corpore segregat: animæ autem mortem aut vim non infert. Aliam esse mortem spirituales, æternam, quæ secunda dicitur, vbi anima simul cum corpore moritur & non emoritur, vbi mors vocata

Gg 4 fugit

fugit. Apoc. 9. v. 6. vbi lacus ardens. Ap. 21. v. 8. vbi vermis non moritur, Esa. 66. in fine.

Ab hac morte æterna sic liberantur credentes, vt nec videant quidem illam mortem, quæ nihil est nisi infernus, Apo. 21. v. 8.

Per Christum enim sunt ex inferno. Ose. 13. v. 14.

De hoc Ioan. 11. v. 25. qui in me credit, non moritur.

Hoc pacto Abraham, Moses, Stephanus, Simeon, Martyres, Apostoli, Laurentius, Polycarpus, Agatha, Blandina, &c. non sunt mortui. Nec enim viderunt aut gustarunt mortem illam secundam, id est, infernum.

Et de hac quidem morte Christus principaliter hic loquitur: ideoque, inquit, mortem non videbit *in æternum*. Æternam enim mortem aut damnationem nunquam senturi sunt, qui credunt & seruant verbum Christi.

Ioan. 17. v. 8. dicitur de Apostolis (qui quam fuerint in firmi peccatores, satis constat ex historia Euangelii) quod *sermonem Domini acceperint & cognouerint*, hoc est, quod in Christum vere crediderint. Id etiam nobis imitandum si velimus esse immortales.

Nunquam vero quiescit ratio humana, ideoque cupit instare animus humanus, obijciendo hoc:

Tamen moriendum est credentibus, si non æterna morte, tamen corporali?

Respondeo. Verum est, si nostris oculis velimus intueri mortem istam: & non potius oculis FIDEI.

Si enim ex fide Christi verba perpenderit, nec corporalis etiam mors excludenda erit ab hoc Christi dicto. Neque enim mortem credentium corporalem dignatur scriptura nomine mortis. Ioan. 11. versic. 11. Christus de Lazaro iam defuncto ait, Amicus dormit. De filia Iairi mortua affirmat palam, *Non est mortua, sed dormit*, Marc. 5. v. 29.

Eandem loquendi formulam Paulus habet 1. Theff. 4. vers. 13. nolimus vos ignorare de his qui dormiunt. Imo veteris etiam scripturæ loca sic habent, Dan. 12. versic. 2.

dor.

*dormiunt in puluere. Et Esa 56. in fine, quiescunt in cubilibus. Ecce ubi mors amplius? Id vero dicitur. 1. propter certissimam spem lætæ resurrectionis.*

2. *Quia pij in Domino moriuntur, non desperabundi & indignabundi, sicut gentes & impij, de quib. Virgilius: Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras: Et, Posthumus ille, Inuitus morior: Quid vadam nescio.*

*At pij sciunt se dissolui, Phil. 1. v. 23. à Domino, & dimitti in pace, Luc. 2. v. 29. Vident salutare, ibid. v. 30. Vident celum apertum, Act. 7. v. 56. Sciunt repositam coronam, 2. Tim. 4. v. 8.*

*Vsvs Generalis. O quantum privilegium piorum & credentium: qui nunquam vident mortem.*

*Judas viuus in morte & inferno. Stephanus viuus in celo.*

*Judas in vita vider mortem. Stephanus in morte vitam. O infelices Turcas, Judæos & incredulos omnes. Tu ergo ô Christiane, serua verbum Domini, crede in Dominum Jesum, Act. 16. v. 31. viues & saluus eris. Obdormisces & euigilabis, cum gaudio, Psal. 17. v. 15. Amen, Amen.*

F I N I S.

## THEMA XXI.

N O T A N D V M.

*Quia caput XI. Johannis, continens historiam Lazari xpi, mortui & resuscitati, totum refertum est sententijs & historijs, ad funebres actus qualescunq; accommodatis, & breuitatis causa, tantum tria Themata, ex toto capite Manuali inserta fuere, libet hic loco Thematis 31. omnes locos, qui sigillatim ex hoc capite tractari possunt, tantum digito quasi monstrare. Ex quibus singulis prudens lector singulas extruere poterit conciunculas, sine multo labore.*

*Versus igitur Capitis, breuitatis causa tantum annotabo, & numerum Thematum, quæ inde possunt depro-mi, indicabo, cum Locis Communibus.*

Gg. 5

Thema

## Thema I. Versus cap. 1. &amp; 2.

Lazarus æger. Vbi notandum. 1. Quis ille. Diues pius, amicus Christi. 2. Ægritudo, Pœna peccati, Deuter. 28. v. 21. Etiam pius tangit Quia peccatores, Jer. 30. v. 11.

## II. Vers. 3.

Legatio ad Christum. 1. Quærendus verus Medicus, Match. 11. 2. Nihil præscribendum Christo. 3. *Quem amas, ægrotat.* Etiam dilecti Dei premuntur cruce, Hebr. 12. v. 6. 4. Non indicium odij aut iræ Dei, morbi piorum.

## III. Vers. 4.

Non ad mortem. 1. Non omnes morbi lethales. 2. Gloria Dei manifestatur insanitatis. 3. Varij fines morborum. Vel gloria Dei; Vel nostra probatio.

## IV. Vers. 5. &amp; 6.

Biduo manet. Dilexit tamen. 1. Differtor auxilium, vtpurimum. 2. Id non est signum Dei odio habentis. Aliæ causæ: Tentatio, probatio, precum instantia, &c. ob quas auxilium sæpe differt.

## V. Vers. 11. 12. 13. 14. 15.

Dormit Lazarus. Mortuus. 1. Mors somnus. Pij. 2. Ratio non intelligit. Mortuos putat, qui Deo viuunt, Luc. 20. v. 38.

3. Somnum, qui non horrent, non exhorrescant mortem. Vide Dispositionem sequentem XXII.

4. Omnia tentat Christus. vt fidem infillit cordibus infirmorum. Miracula facta & scripta vt credatis, Joan. 20. v. 31.

## VI. Vers. 17. &amp; 18.

Ad quatruiduanum venit. 1. Plerumque rebus plane desperatis venit Christus. In necessitate, Psal. 31. v. 8. &c.

2. Bethaniæ: amen proximus erat. Nunquam à nobis abest Christus, Matth. 18. v. 20 & 28. v. 20. licet non videamur ipsius præsentia multum recreari.

3. Mi-

3. Mirabilis Medicus Christus. Ad mortuum venit, non ad viuum. Ordo inuersus. Quia ille & viuos & motuos potest sanare.

VII. Vers. 19.

Consolationis causa Judæi veniunt. 1. Officium Christianorum, solari ægros, tristes, fluentes. Flete cum flentibus, Rom. 12. v. 15. 1. Thell. 5. v. 14. Syr. 7. v. 38.

2. Cauenda *ἐπιταγήματα*, 1. Cor. 12. v. 6.

VIII. Vers. 20. 21. 22.

Martha occurrit Christo, &c. 1. Occurrendum Christo pœnitentia & pijs precibus. Am. 4. v. 12. 2. Illi nostra miseria proponenda. 3. Fidendum ipsi, quod omnia possit. 4. Semper fides luctatur cum dissidentia. Si hîc fuisses. 5. Non dubitandum etiam absentem (visibilitet) omnia posse, Matth. 28. v. 18.

IX. Vers. 23. 24.

Resurget frater. 1. Semper consolatur Christus mœstos. Vidua, Luc. 7. v. 13. 2. Infirmos in fide non abijcit. Esa. 42. v. 3. 3. Semper dubitat caro, in his quæ videntur contraria rationi humanæ. Et tantum spectat pœsencia.

X. Vers. 25.

Ego sum resurrectio. Vide Disposit. Thematis seq. XXII.

XI. Vers. 27.

Credis hoc? credo, &c. 1. Semper fidem vrget Christus. Credenti omnia possibilia, Marc. 9. v. 23. Contra. sine fide impossibile, Heb. 12. v. 6. 2. Edenda confessio, si requiratur à nobis ratio fidei, 1. Pet. 3. v. 15. Rom. 10. v. 10. 3. De persona & officio Christi Martha recte sentit. Sicut & Petrus, Matth. 16. v. 16.

XII. Vers. 28. &c. vsque ad 32.

Maria vocatur. Properat, &c. 1. Qui Christum cognoscunt, adducant alios quoque ad eundem, sicut Andreas, Joan. 1. v. 41. Et ibid. v. 45. Jac. 5. v. 20.

II. Omnia

II. Omnibus relictis ad Christum accurrendum, fide, precibus. Hoc est, procidere ante ipsum.

III. Affectus erga defunctum agnoscitur: quod ad tumulum Lazari sæpe fleuit. Lugendi mortui, Syr. 38. v. 16. culpanda *αἰσθησία* in sanguine iunctis, fratribus, sororibus, vix risum tenentibus. Merito his maledicitur, Syrac. 38. v. 17.

XIII. Vers. 32.

Si hîc fuisses, &c. 1. Sic ratio argumentatur ab absentia Christi.

2. Sæpe videtur Christus longe abesse, Psalm. 10. v. 1. & 13. v. 2. Psalm. 22. v. 2. & 20. Thren. 1. v. 16. Consolator longe factus, & 3. v. 9.

3. Fides tamen in Christum seruanda, & nunquam abicienda, Proximus adest semper. Afflictis præsercim. Orantibus, Esa. 66. v. 2. Et Psalm. 245. Prope est inuocantibus.

XIV. Vers. 33. 34. ad 39.

Fremitus Christi. Lachrymæ. Iudicia diuersa.

1. Dolet Christus tantam vim mortis propter peccatum esse. Magis nos de hoc doleamus, Rom. 7. v. 24.

2. Deslet Christus mortem amici. Lugendi mortui, deslendi.

3. Non culpandi stentes. 4. Cum stentibus stendum, Rom. 12. 1. Testemur amorem sicut Christus.

4. Fidelis Pontifex Christus potest compati, Heb. 4. vers. 15.

5. Semper diuersa iudicia hominum. Alij boni. Alij calumniatores. Nos simus boni. Calumniæ non curandæ.

XV. Vers. 28. & 39.

Sepulchrum paratum ante: Clausum lapide, *σπῆλαιον*. 1. Viui de sepulchris cogitemus, Josephus, Marth. 27. v. 60. Memorare nouissima, Syr. 7. in fine. 1. Sunt *καίμητις* etiam piorum, Esa. 56. in fine. 3. Non sic clausa, quin Deus aperire possit, Ezech. 37. v. 12.

XVI. Vers.

XVI. Vers. 39. 40. 41.

Lazarus scætet. Gloria Dei expectanda. Obediunt Christi verbis, & aperiunt sepulchrum.

1. Fætor cadaverum docet nos esse humiles, Syrac. 10. v. 9. Terra. Cinis. Putredo. Non superstitiose humandi defuncti.

2. Non in terram cum Martha oculi defigendi. Alioquin mox evanescit fides. Ultra quam intelligimus, Ephes. 3. v. 20.

3. Gloria danda Deo, Omnipotentia, Omniscientia, &c. Nihil impossibile, Luc. 1. v. 37.

4. Quicquid dixerit, facite, Joan. 2. v. 5. si maxime videretur absurdum. Is scit, quid possit & velit facere.

XVII. Vers. 42.

Gratia Deo. 1. Docet in omnibus rebus scietis, & negotiis grauioribus Deum inuocandum pro auxilio, Psalm. 123. v. 2. Sicut oculi seruatorum, &c.

2. Semper audit Pater Filium: & propter ipsum nos petentes in nomine eius. Joh. 16. v. 23. & 24.

XVIII. Vers. 43. & 44.

De hoc vide Dispositionem sequentem XXIV, Et hæc de historia Lazari.

F I N I S.

THEMA XXII.

Ioh. II. v. II.

*Lazarus amicus noster dormit. Vado ad excitandum ipsum.*

DISPOSITIO.

In his verbis mentio fit dormientis Lazari. Est autem in historia Euangelica celebris aliquis Lazarus, non quidem propter mendicitatem, sed quod anima illius in sinu Abrahami deportata est, ab Angelis, Luc. 36. At nul-

nulla hic fit mentio de paupere Lazaro: sed de Lazaro diuite, qui in Bethania, Castello dimidio miliari à Hierosolyma sito, habitabat: eratque vir bonus, splendidioris familiaris, diues & honoratus. Frater est Lazarus hic noster Mariæ & Marthæ, quæ cum fratre habitabant.

Hoc autem commune habet cum illo suo Synonymo Euangelico, quod licet diues sit, tamen etiam æger est, moriturque ex hoc morbo minus quam ille.

De hoc Christus non sine causa refert discipulis, quod dormiat & excitandus sit. Singulare enim aliquid tam nos, quam ipsos docere vult his verbis. Ergo videamus, 1. qualis hic somnus, 2. & qualis excitatio.

I. Pars.

Ægrotabat in Bethania lethaliter amicus ille Christi Lazarus. Id nunciatum erat Christo, ante triduum, per legatum missum à sororibus. Nec hoc ignorant discipuli; quia sperant illum rectius habiturum, cum dormiat, v. 12. Quamuis autem Christus nunciauerit sororibus, ægritudinem non fore lethalem, vers. 4. tamen interim mortuus est. Idque Christo etiam absenti constat. Quia omniscius. Discipuli vero ignorant: quia nemo nunciauit. Christus vero dum est in itinere, discipulis refert: Amicus noster optimus, qui nos sæpius hospitio exceperit & tractauit liberaliter, dormit. Mortuum esse putat: quod post verbis manifestis exprimit: cum quæ de somno dixerat, non vellent intelligere. Vide v. 14.

L o c. Probe autem nobis notanda hæc phrasis, qua mortuus dormire dicitur. Hæc enim nobis non minus, quam discipulis noua, inaudita & absurda videtur.

Sicut irrident ad luctum conuocati in domo Jairi, similiter dicentem, non mortua est puella, sed dormit, Marc. 5. v. 39. ita ridet ratio nostra adhucodie. Das muß ein harter Schlaaff seyn.

Nec fuit incognita phrasis Prophetis: quia frequenter vsurpatur in libris Regum, Obdormiunt cum patribus

THEMA XXII. EX NOVO TEST. 476

bus. David, 1. Reg. 2. v. 10. Salomon, 1. Reg. 11. v. 43. &c. Dan. 12. v. 2. dicit, Dormiunt in puluere.

Eandem loquendi formulam Paulus imitatur, 1. Thefl. 4. v. 13. & 14.

Et vere Lazarus dormiebat mortuus: & vere dormiunt omnes mortui: coram Deo scilicet: Sic enim August. super hunc locum: Sororibus mortuus erat; Domino dormiebat Hominibus mortuus erat, qui cum suscitare non poterant. Nam Dominus tanta facilitate eum excitabat de sepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem. Hæc ille. Vide Tom. 9. pag. 245.

I. Dicitur ergo mors somnus. 1. Quia sicut dormientes facile possunt excitari: ita etiam mortui excitantur à Domino: voce Christi, Joh. 5. v. 28. 1. Thefl. 4. vers. 16.

2. Dicuntur dormire, quia quiescunt corpora illorum in sepulchris, tanquam in cubilibus, Esa 56. in fine. Et sicut dormiens nihil sentit, ita nec corpora defunctorum in terra.

II. Est vero deinde hic notandum aliud aliquid, de quo Augustinus monet: videlicet id, quod dormiat omnis mortuus, bonus & malus (quia etiam de impijs Regibus dicitur obdormiuit cum patribus suis, 1. Reg. 14. v. 20. de Jeroboamo, &c. Sic etiam de omnibus Daniel loquitur) ratione scil. corporis. Sed sicut dormientium alij habent somnia admodum tristia & torquentia, ut euigilans dormire timeat, ne ad illa reuertatur. Vide querelam Hiobis, cap 7. vers. 14. Suspendium optauit anima, &c. Alij vero iucunda & tranquilla somnia somniant: Ita post mortem alij defuncti, quiescentibus corporibus, animæ solatia sentiunt, ut Lazarus, Luc. 16. v. 25. alij vero torquentur, etiam ante resurrectionem. Diues epulo, Luc. 16.

III. Differentiam hanc parit, modus eundi cubitum: id est, quomodo quis decedat ex hac vita, & moriatur,

zur. Qui in Domino moriuntur, Apoc. 14. vers. 13. illi quiescunt. Cæteri non item.

Qui in vera fide, inuocato nomine diuino, moriuntur, & animam commendant Deo creatori atque filio Jesu Christo, Psal. 31. v. 6. Act. 7. v. 59. 1. Pet. 4. v. 19. illi non patientur tormenta, Sap. 3. v. 1.

IV. Pii itaque & credentibus nunquam sit graue mori. Quia dulcis somnus. Grata quies. Cubitum inuiti se conferunt, 1. pueri. 2. ebrii aut furiosi. Quia non intelligunt, quam sit res grata & commoda, somnus & quies. His similes sunt, qui inuiti moriuntur.

V. Pii intelligunt etiam hoc, quod Christus monet, Lazarum defunctum *amicum* vocans. Ex eo colligunt, non esse signum irati Dei, si per mortem abripiat hominem. Nam amici quoque Dei charissimi moriuntur. Et festinat Deus abriperere qui placent. Sapiē. 4. vers. 14. Vult enim, vt ministri & amici sint cum ipso in gloria, Joh. 17. v. 24. Amicos autem quos dicat, vide Joh. 15. v. 14.

## II. PARS.

De somno Lazari diximus. Dicamus etiam de exitatione illius: Vado illum excitare, ait Christus. Sicut enim Lazari mors est Christo somnus: ita illius excitatio est Lazari resurrectio. Huc pertinent etiam verba Augustini supra parte 1. annotata.

Quomodo autem Lazarus fuerit voce Christi excitatus & in vitam reuocatus, infra peculiari Dispositione sequenti XXIII. demonstrabitur. Poterunt non pauca huc referri.

Locvs est de resurrectione mortuorum. Cuius exempla proposuit Christus, cum adhuc esset in forma ferui: vt intelligamus, quid possit in dextra Dei sedens, &c. De hoc in præcedentibus & sequentibus Disposit. plura. Vsum huius vide Disposit. præcedent. XVIII. in fine.

FINIS.

THE.

THEMA XXIII.

Ioh. 11. v. 25.

*Ego sum resurrectio & vita. Qui in me credit, &c.*

DISPOSITIO.

Hæc est memorabilis sententia, & vna ex præcipuis. Digna quæ auro scribatur, non tantum atramento: & quæ ad verbum ediscatur. Continet enim vere illud Evangelion, de quo Rom. 1. v. 16. quod sit potentia ad salutem credenti.

Docet autem 1. quid de Christo sit sentiendum. 2. Et quid credentibus ab ipso sperandum.

I. Pars.

Marthæ forori Lazari (amici Christi nuper in Bethania defuncti) hæc verba Christus dixit.

Cum enim Christus illi promississet, fore ut resurgat Lazarus frater, ipsa vero hoc Christo respondisset, Scio, quod resurget in nouissimo die. Innuens se non credere, quod iam, & ante nouissimum diem possit excitari. Ibi tum Christus subiicit hæc verba, quibus vult probare, se iam quoque Lazarum posse in vitam reuocare.

Ego enim, inquit, sum resurrectio & vita. Semper ubiq; possum resuscitare & viuificare. Quia hæc in me est vis. Ergo etiam fratrem Lazaram iam possum viuificare.

Locvs. His verbis Christus docere vult, quid sit de ipso sentiendum. *Was für man ihne haben sollte.*

Non, inquit, ego habeo potestatem resuscitandi & viuificandi, sed ego sum ipsa resurrectio & vita.

1. Ut ostendat, se omnia perfectissime posse. Et quidem ex seipso. Non tantum ministrum esse resurrectionis, sicut olim Elias, Elifæus: sed Dominum, qui omni tempore possit resuscitare. Idq; vno verbo. Quia in se vim illam habeat.

Sic se esse vitam ait: quia alias viuificare potest, quos vult: & quia vitam omnibus dedit atq; conseruauit hætenus.

Hh

Sicut

Sicut & Ioan. 1. 4. v. 6. dicitur, *Via veritas & vita: non tantum viæ dux, non tantum doctor veritatis & author vitæ, sed ipsa veritas, via, vita.*

2. Ut etiam ostendat, quicquid ipse sit & possit, id omnne ipsum nobis esse & nobis posse. Est om̄i vns allex zu gutem. Ut cum 1. Cor. 1. v. 30. dicitur sapientia, iustificatio, sanctificatio, &c. Non sapiens, iustus, sanctus. Quia nobis factus est iustitia, &c.

Vsvs huius loci esse potest multiplex.

Primum enim ex his verbis confirmatur articulus de resurrectione mortuorum, per Christum futura. De qua nihil quidquam dubitandum. Et de hoc quidem sæpius in expositione Themat. præced.

Secundo, hæc notanda sunt piis, ut agnoscant Dominum Iesum Christum, Principem vitæ, Act. 3. v. 15. Dominum gloriæ 1. Cor. 1. ver. 8. qui est vita hic, & Johan. 14. v. 6. & panis vitæ, Ioan. 6. v. 35. & in quo est vita, Ioan. 1. v. 4. & qui dat vitam mundo, Ioan. 6. v. 33. & qui dat carnem pro mundi vita, ibid. 51. & qui verba vitæ æternæ habet, Ioan. 6. v. 68. quique dat ipsam vitam æternam. De quo in altera parte dicetur.

Hunc etiam glorificemus, quia salui erimus in vita ipsi<sup>o</sup> Rom. 5. v. 10. Ideoque vita nostra Christus dicitur, Phil. 1. v. 21. Christus mihi vita. Coloss. 3. v. 4. Christus vita vestra apparebit.

Sic autem non nobis viuendum, sed Christo. Hinc in nouitate ambulandum Paulus monet, Rom. 6. v. 4. vita enim nostra abscondita cum Christo, Coloss. 3. v. 3. Vide seqq. v. 5.

## II. Pars.

Ut intelligeret autem Martha, & omnes Christiani, Christum non tantum sibi esse resurrectionem & vitam, sed nobis etiam, addit plura, & talia quæ efficacissimam habent consolationem contra mortem, & vitam promittunt omnibus credentibus. [NOTA. Quid sit in Christum.

sum credere, illud in præcedentibus Disputationibus ex Joh. 3. 5. 6. & 8. iam sæpius est demonstratum, Et magna est horum Thematum cognatio, eademq; fere omnium sententia. Nolo igitur eadem cum tædio lectoris toties repetere: quamvis multa sæpius recurrant, quæ non possunt omitti, sed semper sunt repetenda ex prioribus.] De duobus autem hominum ordinibus loquitur. Primum de his, qui in fide iam pie defuncti sunt. De illis pronunciat, quod uiuant, scilicet coram Deo. Sic ut is Deus uiuorum dicitur, Matth. 22. v. 23.

Deinde de his, qui adhuc uiuunt in corpore, pronunciat: quod si in ipsum credituri sint, nunquam sint morituri.

Nam per fidem in Christum ab æterna & secunda morte sunt tuti.

Quantum vero ad mortem corporalem attinet, etiam per Christum fidelibus est transmutata in dulcem somnum. Ut sic neque ab æterna, neque à temporali morte ipsis sit quicquam metuendum.

**DISCURSUS,** Quid pij & fideles à Christo debeant expectare: scilicet, quod securitatem ipsis præstare possit & velit, ab his duobus malis, quæ omnium sunt terribilissima, uidelicet à morte corporali & æterna, quæ est lacus ardens, Apoc. 21. v. 8.

Qui ab his securus esse potest, ille nihil habet neq; in uita, neque in morte, quod metuat. A quo enim timebit? Jam saluus est, Rom. 8. v. 24. spe scilicet certissima. Jam in cælo est, licet nondum apparuerit, 1. Joh. 3. v. 2.

Antiquus extat uersiculus, Si mors non esset quam lætus quilibet esset. Ecce autem, Fidelibus non est mors amplius metuenda.

Gaudendum igitur in Domino semper, Phil. 4. v. 4. Et uerè fidelis dicere potest: Inueni portum, mors peccatorumque faceffe. Nunc uita æterna iustitiæq; fruor.

Certum enim est, Christum fideles ab æterna morte & sic quoque ab inferni omnibus cruciatibus sic liberasse,

vt illam mortem non sint visuri, gultaturi aut senturi. Sicut promissit Joh. 8. v. 51. Qui sermonem meum serua-  
bit, mortem non videbit.

Huc pertinent illa Hofe. 13. v. 14 I. Corint. 15. v. 54. Sic certe Abrahamus & cæteri pii, non viderunt mortem. Sicut & Christus negat illos esse mortuos, sed Deo viuere ait, quæ vera vita est, Luc. 20. v. 38.

Et Moses certe qui videbatur mortuus & sepultus, vi-  
sus est viuus, Matth. 17. v. 3.

Mors vero corporalis tam non nocet, vt sit potius  
transitus & promotio ad vitam æternam, Joh. 5. v. 24. Id-  
co nec mortis nomine amplius ipsam vult vocare Chri-  
stus, sed somnum dicit, Joh. 11. v. 11. Dormit Lazarus. 56.  
in fine. & Apocal. 14. vers. 13. Quiescant. Quis ergo horre-  
at mortem, nisi incredulus?

F I N I S.

T H E M A XXIV.

Ioh. 11. v. 34.

*Clamauit voce magna, Lazare, veni foras. Et venit de-  
functus ligatus, &c.*

D I S P O S I T I O.

Inter omnia miracula, quæ fecit Christus in forma  
serui, maximum hoc est, etiam Magno illo Augustino  
consentiente [de verbo Domini] quod pauculis his ver-  
bis describitur: Videt. Lazari quatuoriduanæ fortentis resusci-  
tatio. Sicut etiam vix vllum miraculum accuratiori dili-  
gentia ab Euangelistis annotatum legitur. Ne minimam  
enim circumstantiam Joannes videret omisisse. Sanauit  
leprosos. Christus, cæcis aperuit oculos, mortuos in le-  
ctulo & feretro iacentes, & recentes adhuc excitauit.

Lazarus autem iam intra cauatam saxum quatuor die-  
bus iacebat, iam fluescentium membrorum tererrimus  
fætor prohibebat accessum, iam in concavis obibus ta-  
bi.

bido situ marcescentes releserant oculi, iam deficiebat narium mollicudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegimine attenuato pallefcens, capillis subinde rarefcntibus apparebat, iam sorores etiam fratrem excitari non posse credebant.

Maius itaque hoc (paucis his verbis comprehensum) est miraculum quam sunt cætera.

Nos itaq; primum vocem Christi clamantem audiamus: deinde Lazarum è sepulchro egrediẽtem videamus.

I. PARS.

Ad monumentum Lazari, quod concameratum & magno lapide clausum erat, deductus Christus, Lazarum prouocat tanquam dormientem.

Primum autem voce magna clamat, ne murmurās aut submissa voce ipsum euocans, putaretur magicis vti incantationibus. Sicut ipsum hoc nomine calumniabatur Iudæi, quod opera diaboli faciat miracula, Luc. II. V. 15.

Deinde confidenter & alta voce clamat, vt videant omnes præsentēs, ipsum morti imperare, vt defunctum reddat.

Tertio Lazarum illum quatruiduanum nomine tenus euocat, ne omnes mortui simul cogantur exire, vt ait Augustinus. Tanta enim vis est vocis Christi.

Quod si totus mundus coniunctis viribus sic clamasset, Lazare exi foras, non potuisset ille audire, nec illi mortuum producere.

At vocem Christi mortuus audit, non dilatio vlla retinet resurgentem, non tardant reditus animæ, non vincula sepulchri.

Inuolutus linteis nodisque irretitus, voce Christi citius egreditur. Surgit, ambulat, currit.

Et hoc ipsum miraculo non carere putat Augustinus quod vincus ligatusque ex sepulchro prodit, & expedite graditur.

Locvs I. Patet omnipotentia Christi saluatoris. suo tempore excitaturi omnes mortuos. Et hoc est certissimum documentum illius, quod Joan. 5. vers. 28. dixit. Voce filii hominis excitandos mortuos. Si enim hoc potuit in forma serui: si hoc potuit balatus Agni mox ducendi ad mortem: quid poterit rugitus Leonis de tribu Juda, Apoc. 5. vers. 5. sedentis in dextera Dei, regnantis in gloria; quando venerit cum *iubilatione*, 1. Theff. 4. v. 26.

Ideoque nemo Christianus de resurrectione mortuorum dubitabit, nisi qui Christum Omnipotentem contra id Matth. 28. v. 18. negauerit.

Is perceptor præcessit, Mich. 2. vers. 13. Nos sequemur caput. Et si non aliud haberemus testimonium de resurrectione mortuorum, posset hoc sufficere. Confirmatur ergo sic articulus ille symboli XI. & omnis illa scriptura de Christo, Ose. 13. v. 14. Esa. 25. v. 7. & 26. v. 16. Et Hiob. 19. v. 25. Ezech. 37. v. 12.

II. Lazarum iam rediuuium considerantes, optamus idem de nobis, aut de nostris fieri, quos charos habemus & viuere optamus. At nihil habet priuilegii hic Lazarus, præ illo mendico, non excitato. Imo alter ille felicior. Quia hic denuo cogitur moti. Ergo non optemus illud contingere, vel nobis vel nostris.

Alioquin bis moriendum. Contenti simus, quod resurgemus in nouissimo die, nunquam morituri. Referunt nonnulli Lazarum resuscitatum nunquam post risse, & prædicasse Euangelium Massilæ, & decollatum fuisse sub Decio, An. Christi 84. 17 Decembris. Multa itaque post passus est mala. Et sic nos illo feliciores, qui semel morti debitum soluimus.

III. Resurgamus autem in hac vita ad vocem Christi, quam audimus ex verbo prædicato, à peccatis scilicet ad iustitiam. De qua resurrectione Christus loquitur Joan. 5. vers. 25. antequam de vniuersali illa resurrectione post hanc vitam verba fecit.

Hæc enim prior esse debet, sic altera lata nobis fuerit.

II. Pars.

## II. PARS.

Videamus autem, quæso, Lazarum è mortuis redeuntem. Spectaculum sane mirabile. Sic enim Joannes. Prodiit ligatis manibus & pedibus, obuolurus sudario. Ligatum solui iubet, vt agnoscant nullas hic esse præstigias.

Fuit autem hic Lazarus vir admodum diues & honoratus. At quid habet secum ex hoc mundo exiens, fascias sepulchrales, sudarium? &c.

L. Hic asta, ô Christiane, & Lazarum procedentem aspice cum omnibus suis bonis, quæ in sepulchrum secum intulit. Cogita quas opes efferamus. Vide verum illud, 1. Tim. 6. v. 7. Nihil efferemus. Idem, Eccl. 5. v. 14. Psal. 49. v. 18.

Nota est Historia de Camisia Saladini Regis Asiæ, supra sæpe recitata. En pannus heu nigrum, nil nisi morte tuli.

Simus igitur contenti paucis, 1. Tim. 6. v. 8. Syr. 29. v. 28. Non tantopere appetamus diuitias relinquendas incertis hæredibus. Eccl. 2. v. 18. Forfan nudi egrediemur, & non dabitur sudarium aut pannus. Mirabiles enim sunt casus humani. Hoc vero agamus, ne nudi repariamur, 2. Cor. 5. v. 3. sed induti iustitia Christi Gal. 3. v. 27. Veste nuptiali, Matth. 22.

F I N I S.

## THEMA XXV.

Ioan. 12. vers. 24. 25. &amp; 26.

Amen, Amen dico vobis, nisi granum, &amp;c.

Qui amat animam, &amp;c. Si quis ministrat, &amp;c.

## DISPOSITIO.

Semper dissuadebant Apostoli Christo, ne sese fisteret Hierosolymis, ne se in periculum mortis præsentissimum coniceret. Sic se & suis rebus, & saluti Christi optime consulere opinabantur: nec intelligebant, genus

Hk 4

huma.

humanum, & ipsos Apostolos, non nisi morte Christi liberari posse ab inferno.

Itaque Petrus Christum non vult experiri, id de quo dixerat, Matth. 16. versic. 22. Et extremam professionem Hierosolymitanam dissuadent omnes, Iohan. 11. vers. 8. Cum itaque instaret iam tempus passionis & mortis, hoc prænunciat ipsis denno Christus; venit tempus ut glorificetur filius hominis: hoc capite, verbis, quæ præcedunt ea, quæ prælegimus, &c.

Ne igitur porro hoc impedire conentur, his verbis optimus saluator primum ostendit, quam necessarium sit, ut ipse moriatur, similitudine à seminatione tritici.

Deinde hac occasione etiam discipulos cohortatur ad eandem sortem subeundam, si necessitas ita ferat: ne graue ipsis sit cum Christo mori.

Tertio. Ne autem abstergeri se patiantur metu periculorum, præmia illis promittit amplissima.

[NOTA. Possent hæc, quæ nos breuitatis causa & ne nimium crescat libellus, coniunximus, tribus conciunculis seorsum tractari, aut tamen duabus: Vt prima sit, 1. de morte & passione Christi, 2. & quæ eius utilitas.

Alteræ, 1. de morte Apostolorum propter confessionem veritatis, 2. & quam propterea sint accepturi mercedem, Sic utrobique propositio bipartita fuerit. Loci ex sequentibus patebunt.]

### I. Pars.

Trinum similitudo de grano est explicanda.

1. Sicut granum tritici, si maneat in granario solum, nullum fert fructum, quia non est seminatum: ita sane ego solus quidem beatus essem & manerem. Sed nullus ad vos rediret ex me fructus, nec plures vna mecum beati fierent.

2. At sicut granum, cum seminatur in terram & in terra emoritur, plura gignit grana & copiosum fert fructum: ita postquam ego mortuus & sepultus fuero, atque à mor-

à mortuis resurrexero, & Euangelium meum toti orbi terrarum annuntiari curauero: ibi tum copiosus fructus mortis & passionis meæ redibit ad totum genus humanum & multa hominum millia vna mecum salutem consequentur, & cohæredes regni cœlestis fient.

Locvs I. De passione Christi audientes pauci cogitant de fructu eiusdem: & de nostra gratitudine.

Multi tantum sunt similes mulieribus flentibus, Luc. 23. v. 27. Præterea pauci ex morte Christi fiunt meliores, aut doctiores. Sæpe miseret nos Christi tam crudeliter occisi, & cum discipulis optamus illum non sic mactatum: at sic omnes in peccatis periissemus.

Mors autem Christi est mundi vita. Joan. 6. v. 33. & 51. Si non mortuus fuisset & resurrexisset, essemus adhuc in peccatis, & periisset omnis spes nostra, 1. Corint. 15. v. 17. Ecce igitur fructum passionis Christi.

Interim passio non potuit ipsius æternam maiestatem delere & interuertere, sed sic intravit in gloriam suam. Luc. 24. v. 26. Psalm. 110. v. 1. Philip. 1. v. 9.

Agnoscamus autem ipsius ineffabilem erga nos amorem & redamemus ipsum, 1. Ioan. 3. v. 16. & 4. v. 19.

Atque proximum propter ipsum diligamus. 1. Ioan. 4. v. 21.

II. Granum frumenti seminatum & fructum faciens, vbi est emortuum, monet nos de mortuorum resurrectione. Hoc Paulus explicat & illustrat, 1. Cor. 15. v. 36.

Sicut ergo rusticus seminans, tristis quidem est aliquo modo, propter semen, quod potuisset sibi seruare & inde conficere panem: at dum cogitat quod illud granum postquam fuerit mortuum in terra, iterum sit viuificandum cum sænore: ita quibus est moriendum, illi si maxime secundum carnem tristentur, tam en propter spem resurrectionis, læti sint in spiritu. Quia resurget corpus cum sænore (vt ita dicam) id est excellentissimis donis ornatum & glorificatum, de quo Philip. 3. v. ultimo, & 1. Cor. 5. v. 43.

## II. Pars.

Iam ad discipulos conuertit se, monens **Es** uerba aucter in mal an sie kommen. Moriemini etiã vos: nec naturali morte omnes, sed sicut ego sum occidendus, ita etiam de uobis fiet. Sicur id expressit Joan. 15. v. 20. Et ibid. cap. 16. v. 1. & 2. Et Matth. 24. v. 8. &c. Quod si uolueritis subterfugere mortis pericula, ut uitam conseruetis, peribitis in æternum. Si uero uitam hanc non dilexeritis plus quam me, ad æternam uitam conseruabimini. Ideoque si uultis mihi ministrare, me sequimini per omnia calamitatum genera ad mortem. Hic uero notandum, 1. quid sit amare aut odisse uitam.

Amare uitam, & illã uelle abnegatione Christi (& sic illegitimis modis) conseruare. Odisse uitã est hanc temporalem uitam nõ magnificare, ut parati sumus illã pro Christi uerbo & cõfessione præsentissimis periculis exponere.

Hac ratione uitã seruando corporalem, apostata amittunt æternam uitam.

2. Notandum etiam, quod Christus per mortẽ & crucem uult Apostolus *sequi* ipsum, tanquam præcedentem Dominum. Et quod pati uocat ministrare Christo.

Seruus autem non est maior Domino, Joan. 15. v. 20. Contra Martyres constantissimi dum uidentur amittere uitam corporalem, pro ea apud Deum accipiunt æternam. Das ist ein guter Dausch.

**D I S C I M V S I.** Quanti facienda uita hæc temporalis. Non quidem odio habenda, nec perdenda, extra casum necessitatis: quia non est nostra, sed data à Deo Et is potestatem habet destruendi uitam, Sap. 16. v. 13.

At si ita ferat necessitas, ut uel pro gloria Christi, & ueritate Religionis, sit uita in discrimen adducenda, aut Christus, abnegandus, ibi non tantopere diligenda, ut potius ueritatem quam Christum relinquamus. Diligendus potius Christus, & odio habenda uita. Quia nunquam amittitur, quod pro Christo datur. Vide Matth. 10. v. 19. Nota. Marc. 10. v. 30. & Luc. 18. v. 30.

Dein-

THEMA XXV. EX NOVO TEST. 491

Deinde si etiam extra casum Martyrii Deus nos velit ex hac vita euocare, non tantopere illa diligenda, ut nolimus eam relinquere. Sicut multi indignabundi & cum murmure vitam relinquunt, &c. Quinpotius id cogitandum, quod pro corporali Dominus, velit dare æternam. Cupiamus ergo solui, si ipsi placet.

**D I S C I M V S II.** Quid sit ministrare Christo: scilicet sequi ipsum, non tantum in prosperis, sed magis in aduersis.

Serui autem nequam sunt, qui cum bona à Domino acceperunt, ipsum postea in aduersis deserunt. sequendus enim Christus per læta & tristitia, per vitam & mortem.

Vide insignem locum, quales ministros Dei esse debeat, 2. Cor. 6. v. 4. vsque ad 11.

III. Pars.

Quia vero carni graue est amittere & odisse vitam, ideoque præmia proponit his, qui sic ipsi ministrant, ut cum ipso non grauentur mori. Duplicia præmia sunt.

I. Vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Sicut ego per passiones intraui in gloriam. Ita etiam æternam gloriam habebunt mei.

2. Et sicut ego ipsum honorabo, sic etiam cohonestabit eum Pater propter me.

L. I. Videmus amplissimam compensationem promissam his qui pro Christo patiuntur. De hoc vide etiam, Rom. 8. v. 17. 2. Tim. 2. v. 11. 2. Cor. 4. v. 17. Apocal. 2. v. 10. & 11. NB. Et non sunt pates afflictiones, Roman. 8. v. 18. Non vna lachrymula peribit, sed colligetur, Psal. 56. v. 9. abstergetur, Apocal. 21. v. 4. Non perit capillus vnus, Luc. 21. v. 18.

Egredie etiam verificat Dominus verbum suum: 1. Samuel. 2. v. 30. glorificantes me glorificabo. At honorificant Deum, qui patiuntur propter ipsum, 1. Petr. 4. v. 16. Ergo cohonestabit tales pater. Hoc loco. v. 25.

L. II.

L. II. Quantum præstet ministrare Deo quam Sa-  
ranæ, patet hinc. Satan suis præmii loco perpetuos red-  
dit cruciatus. Dominus suis ministris æternam gloriam.  
Elige iam cui velis seruire. Quia non duobus seruire po-  
tes. Matth. 6. v. 24.

F I N I S.

T H E M A XXVI.

Ioan. 17. v. 3.

*Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum  
Deum, & quem misisti, Iesum Christum.*

D I S P O S I T I O.

Admodum insignis & plenissima doctinis est hæc sē-  
tentia, desumpta ex oratione illa omnium feruentissima  
& vtilissima, quam Christus proposuit patri in extremo  
quasi mortis agone, cum mox postea à suis abriperetur  
& traderetur ad necem.

Erudit autem nos hæc sententiola, de summo omni-  
um bonorum desiderio & sine fidei nostræ, ostendens,  
quid vita æterna sit, quam merito omnes desiderant, &  
extra quam omnis nostra spes & salus vana sunt. Mon-  
strat nobis tanta mysteria, quæ omnibus omnium gen-  
tilium Philosophis & rationi humanæ profus abscon-  
dita, & incognita fuerunt. Huic itaque quam diligentis-  
sime attendamus.

1. Dicemus autem, Quid sit aut in quo consistat vita  
æterna.
2. Quinam vitæ huius æternæ consortes sint futuri,  
breuiter tantum audiemus.

I. Pars.

In hac quæstione, Quid sit vita æterna, omnia nobis  
paucis Christus refert, dicens, Hæc est vita, vt cognos-  
cant te, solum verum Deum &c. Vno verbo, vita æter-  
na ipsa consistit in Vera Dei & filii illius incarnati Iesu  
Chri-

Christi cognitione. Singula autem verba sunt ponderanda.

1. Requiritur vt *Deus* cognoscatur. Et is quidem solus Deus Verus habendus, cum quo loquitur.

Extra cuius diuinitatem non est alius Verus Deus.

At sic non excluditur filius. Joan. 17. Ego & pater Vnum sumus. Et 1. Joan. 5. v. 21. idem de Christo filio: (Hic Verus Deus & vita æterna) quod hoc loco Joannes habet. Hoc enim non ita accipiendum est, quasi hic Christus, seipsum filium Dei, & spiritum sanctum velut excludere ab essentia diuinitatis.

Etenim per vocabulum *DEI* Filius & Spiritus sanctus cum Patre simul intelliguntur. Hi enim tres sunt vnus Deus, nec tamen tres Dii. Deinde vocula [*solum*] non excludit Filium aut Spiritum sanctum, sed fictitios Gentilium Deos: & alios omnes qui Dii nuncupantur, at in essentia diuina non comprehenduntur, de quibus 1. Cor. 8. v. 5.

Hæc enim exclusiua [*solum*] non opponitur reliquis personis sanctæ Trinitatis, sed iis duntaxat, quæ extra Trinitatem sunt, excludendis accommodatur.

[NOTA. Arius hoc dicto abusus est, & Deitatem filii ex hoc fundamento negauit. At coram vulgo hæresim illius refutata, non est consultum.]

2. Mediatoris etiam notitia requiritur: Jesu Christi. Cuius officium denotat verbum [*missi*] missus enim est à patre ad redimentum genus humanum.

Sicut ergo Dei notitia omnino est necessaria, ita etiam Christi cognitio requiritur, quatenus illius officium fuit, *mediatorem* sese præbere inter Deum & homines. 1. Tim. 2. Et sicut qui non nouit filium, etiam patrem non nouit: ita etiam ad patrem nemo venit, nisi per mediatorum Christum, Joh. 14. v. 6. Matt. 11. v. 27.

Hinc versus à Ludolpho Chartusiano allegati: Si Christum bene scis, facis est, si cætera nescis. Si Christum nescis, nihil est, si cætera discis.

3. In hac igitur vera cognitione Dei & mediatoris Dei & hominum, 1. Tim. 2. v. 5. Jesu Christi consistit vita æterna, hoc pacto: quod qui sic cognouit Deum, & scit, quod miserit filium suum unigenitum ad expiandum peccata, vincendum Diabolum, destruendum infernum & abolendam mortem: is iam habet lætam conscientiam, gaudio in Domino perfusus est: & quamvis adhuc subiectus sit calamitatibus, tamen in spe & silentio semper lætus esse potest, & expectat illam liberationem filiorum Dei, Rom. 8. v. 19.

Ideoque Dominus semper vrget hanc noticiam sui,

Hierem. 9. v. 24. Glorietur quod me cognoscat.

Hofe. 6. v. 6. Magis delector cognitione Dei quam holocaustis.

4. Et hac ratione vita æterna iam in credentibus incipit. Jam enim salui sumus spe, Rom. 8. v. 24 & Rom. 14. v. 17. Regnum Dei est gaudium & pax in Spiritu sancto. Et intra nos est, Luc. 17. v. 21. Prope est, Luc. 10. v. 9.

Et hæc quidem cognitio Dei ex scripturis est. Ideoque scrutari scripturas iubet, in qua habeamus vitam æternam, Joh. 6. v. 39. quia ex illis hanc cognitionem haurire possumus, in qua vita æterna consistit. Hoc vero verbum adhuc in speculo tantum ostendit vitam, 1. Cor. 13. vers. 12. Et tamen cœlum sibi apertum videt Stephanus, Act. 7. v. 56.

5. Tum autem perfecte reuelabitur, quando cognitio futura est perfecta, 1. Cor. 13. v. 12. 1. Joh. 3. v. 2.

Nihil enim aliud est vita æterna, quam visio Dei facie ad faciem. Quæ est perfectissima cognitio. Sicut vicissim Deum non videre superabit omnia gehennæ supplicia, secundum D. Bernhardum.

Quantam autem felicitatem ex illa cognitione, visione & fruitione Dei simus habituri, id auris non audiuit, 1. Cor. 2. v. 9. Esa. 64. v. 4.

Vnus huius loci erit, vt non imaginemur nobis voluptates terrenas & gaudia huius mundi. Sicut ex Alcarano

carano fingunt Turcæ, fore ibi in vita æterna conuiuia, salutationes &c. Iudæi idem fere sentiunt. At non scimus fore perpetua gaudia, sed in visione Dei, Psal. 16. in fine, & 17. in fine. Quod si cogitamus illam cognitionem & visionem Dei non posse afferre tantum gaudium, sciamus in cor hominis iam non posse ascendere, quid tum futurum & quid præparauerit Deus, 1. Cor. 3. v. 9.

## II Pars.

Breuius iam ex prædictis colligi potest, quinam sine futuri confortes vitæ æternæ. Hi scilicet, qui non tantum Deum Patrem, cum Filio & Spiritu sancto, solum verum Deum esse cognoscunt sed & de officio mediatoris Christi recte sunt eruditi: Hæc vera cognitio fidem postulat veram.

Quæ res facit, vt à cœlesti vita excludantur nō tantum Gentes, Iudæi, Turcæ, qui omnes aliquam Dei noticiam habent, & vel ex Creaturis Deum cognoscere (suo quodam modo) possunt, teste Paulo, Rom. 1. v. 19. sed & omnes alii, qui de Christi officio vel plane nihil sciunt, aut tamen veram mediatoris cognitionem non habent.

Vsus huius loci est, vt intelligamus, quare à conspectu Dei & vita æterna excludamus gentium sapientissimos, iustissimos, honestissimos, &c. vt Herculem, Aristidem, Numam Pompiliū, Socratē, &c. quos nonnulli in cœlum collocare non verentur. At quia de eo, qui missus est à patre, vt sit mediator, nihil cognouerunt, salui esse non possunt. Quia extra Christū nō est salus. Act. 4. v. 12. Et nemo venit ad patrem nisi per Christum, Ioh. 14. v. 6.

Sed & Pontificiis timemus merito. Non quidem simplici & miseræ plebeculæ, quæ Christum ex symbolo confitentur, (sed eorum antesignanis & Doctoribus.) Quia illi officium mediatoris data opera conspurcant, & non ipsi soli expiationem peccatorum tribuunt, sed partem etiam meritis humanis adscribunt, &c.

F I N I S.

THE

## THEMA XXVII.

Ioh. 17. v. 24.

*Pater, volo, vt ubi ego sum. hi sint, quos dedisti mihi, vt videant gloriam meam.*

## DISPOSITIO.

Recte Christus noster Mediātor, 1. Tim. 2. v. 5. Intercessor. Rom. 8. v. 34. & Aduocatus, 1. Johan. 2. v. 1. dicitur. Cuius intercessio pondus habet.

Idque suum officium demonstrat Christus, Joh. 17. prolixam pro nobis instituens intercessionem ad Deum patrem.

Ex qua hæc paucula verba desumpsimus.

Hæc autem verba continent summam ardentissimæ illius precationis Christi in extremo agone pro Ecclesia: & his sane apud patrem impetrauit Christus salutem & æternam felicitatem omnibus credentibus.

Digna igitur precatiuncula, quæ exactissime ponderetur.

Singula itaque verba primum enucleabimus: & deinde vsum huius precationis ostendemus.

*Explicatio Textus.*

Summa horum verborum breuiter hæc est: Rogo Patrem, vt omnibus credentibus concedas locum apud me, in vita æterna, & hoc mihi des, vt sint mei cohæredes in regno & gloria cælesti, quos elegi.

Verba autem singula Emphasin habent.

I. *Volo* Pater, vt hoc fiat, de quo iam diximus.

Neq; enim se aliud in corde sentire, quam verbis proloquatur, ostendit. Non etenim affectus est, sicut sunt nonnulli homines, qui interdum ore tenus pro alijs intercedunt, honoris causa, vel ne videantur deesse amicis, at in corde aliud sentiunt.

Voluntas autem Christi hoc loco pro facto est accipien-

pienda. Quia que vult facit, Pl. 1. 1. 5. v. 3. Quicquid vnaquā voluit, id factum est. Volo sanare ait leprolo, & sanatus est illico, Mar. 1. v. 41. Sic itaque & voluntatem Christi implendam, non est quod dubitemus.

II. Quid vult autem Christus? Vrbī ego sum, hi sunt quos dedisti mihi, &c. Hic notandum, vbi sit Christus? Christus est apud patrem, in summa gratia, & perpetua felicitate atque gloria. Intrauit enim per passionem in gloriam, Luc. 24. v. 26. Et qui cum ipso sunt futuri, illi benedicte habebunt, teste Paulo Eph. 2. v. 6. sedere fecit cum ipso in celestibus.

Esa. 53. v. 11. quia laboravit anima illius, saturabitur, &c.

III. Sed quos vult secum habere? Quos dedisti mihi, inquit. At quinam sunt Christo dati a patre? illa enim phrasis est notanda, qua sæpius Christus vrbitur hoc capite v. 6. 9. 11. 12 & Ioh. 6. v. 37. 19 & Ioh. 18. v. 9. Non intelligit eos qui de mundo sunt, sed Apostolos, & qui per verbum ipsorum sunt credituri: sicut ipse habet Ioh. 17. v. 20.

Nulla itaque habet ratione personarum, aut conditionis, sexus, &c. certum est credentes esse à patre datos Christo, id est, electos ad vitam.

IV. At quid cum Christo facturi sunt electi? qui dati sunt ipsi? *Vt videant gloriam meam.* Vt videant, quod ab æterno sim verus Deus in pari cum Patre & Spiritu Sancto maiestate atque gloria. Est splendor gloria patris, Heb. 1. v. 3. Sed & omnem potestatem Christo homini datam, Matth. 28. v. 18. tum perfecte cognolent: sicut gustū aliquem illius gloriæ vidit Petrus Matth. 17. v. 4. Inquis. Quid habebunt inde electi, si maxime videant Christum esse in gloria apud patrem? Respondeo. Communicabit illis Christus suam gloriam. Vult enim electos esse coheredes, Rom 8. v. 17.

Non erit tale inane spectaculum vt si quis pauper videat maiestatem Regis aut Principis alicuius, videat ipsum splendide epulari, habere magnifica edificia: Vnde

Ii ipse

ipse pauper & famelicus saturari non potest. Atqui vidē-  
bimus Christum non tantum in gloria sicuti est, *sed et si-*  
*miles ipsi erimus*, 1 Joh. 3. v. 2. Glorificabit corpora, vt cor-  
pori glorioso fiant similia, Phil. 3. v. vlt. Summa, Petrus sac-  
haber, non petit quidquam amplius, Matth. 17. v. 3. Ocu-  
lus non vidit, 1. Cor. 2. v. 9. Esa. 64. v. 4.

## V S V S.

I. CONSOLATIO hinc peti potest maxima, quod li-  
cet simus abiectissimi homunciones, & coram Deo sicut  
pulvisculus & guttula vna, Esa. 40. v. 15. Christus tamen  
nos velit assumere ad se, vt cum ipso viamus in æterna  
gloria. Idque vnice vult, & ratum hoc atque fixum apud  
patrem est Repetit enim idem alibi: Vbi ego, & minister  
meus erit. Johan. 12. v. 26. Cohæredes nos assumere vult,  
Rom. 8. v. 17. Ederis & biberis mecum in meo regno, Luc.  
22. v. 30. Omnes vos ad me traham, Joh. 12. v. 32.

Maiores consolatio vix esse potest. Quia cum Christo  
nos regnatos, sperandum.

II. ADMONITIO. Quia vero hæc ad eos tantum  
pertinent, qui sunt Christo a patre dati: demus operam,  
vt simus in numero illorum. Hoc inde cognoscitur, quod  
Christus inquit, Omne quod dat mihi pater, venit ad me,  
Joh. 6. v. 27. Qui igitur ad Christum venit, vera fide, pec-  
nitentia, pijs precibus, &c. non eicitur foras. Ibid. versu  
eodem.

III. DOCTRINA quoque hinc admodum necessaria  
est perenda: vt qui olim voluerint esse, vbi Christus est,  
etiam hinc non grauentur esse, vbi fuit Christus. Ast de lo-  
co terreno, hic non est sermo: sed de eo, quod Christus  
hic fecit & passus est, vbi cunque fuit.

1. Fuit in his quæ patris erant, Luc. 2. v. 49. hoc est, tra-  
ctabat verbum patris, faciebat officium à puero, & post  
vbi que. Sæpe in templo, schola & passim. Sic & nos.

2. Fuit in multis tribulationibus. Qui mihi ministrare  
vult, me sequatur. Joan. 12. v. 26. Tollat crucem, Matth.  
26. v. 24. Vbi ille, ibi & minister tum quoq; erit.

THE

## THEMA XXVIII.

Ioan. 19. v. 40. Et Matt. 27. v. 60.

## De sepultura Christi in horto Iosephi.

## DISPOSITIO.

Et. II. v. II. de sepultura Christi prædictum est, erit sepulchrum illius gloriosum. Cum enim parum honorifice, præsertim à plerisque suis conterraneis Judæis & secundum carnem cognatis, maxime vero sacerdotibus, Herode, Pilato, militibus, &c. fuisset tractatus: tamen post mortem Dominus filium suum honorifice sepeliri voluit. Quia iam erat finis passionis, omnia consummata, quæ ad generis humani redemptionem pertinebant. Quia vero Paulus, I. Cor. 15. v. 4. testatur, CHRISTVM sepulchrum iuxta scripturas: omnis autem scriptura ad nostram doctrinam facit, Rom. 15. v. 4. nihil dubitabimus, quin etiam sepultura Christi multis nominibus ad nostram doctrinam possit aliquid conferre.

Quia itaque ad sepulturam præsentis defuncti conuenimus, de sepultura Christi tria notabimus.

1. Ipsum sepulchrum contemplabimur diligenter.
2. Sepelientes, qui hic sunt vespillones, humatores.
3. Sepultum filium Dei videbimus.

## I. Pars.

1. Iosephus Arimathæensis curauit sibi parari sepulchrum nouum, & excidi in petra: in quo conderetur post mortem.

2. Neque id tum curauit, cum esset morti vicinus, sed dum sanus est, vegeto atque valido adhuc corpore.

3. Nec posuit illud in locum remotum aliquem ex oculis, sed ante oculos sibi extruit in horto, vt quandounque recreationis causa veniret in hortum, de morte & sepultura sua admoneretur.

4. Idque non fecit homo pauper, afflictus, æger, sed

li 2 diues

diues & honoratus vir. Quibus hominibus alioquin amara solet esse recordatio mortis, Syr. 41

Loc vs. Imitari debemus hoc exemplum, vt semper viuamus memores mortis. Memorare nouissima, Syr. 7. in fine. Imo orandum etiam, doce nos, Psal. 39. v. 6. & 90. v. 12. Admoneas mortis Deus extremique dici, Mortales cœcos vt sapienter agant.

Maximilianus Imperator feretrum, quo mortuus uoluit includi. multis annis secum circumduxit.

De morte sæpius cogitantes, prudenter ambulare, Psalm 90. vers. 12 & peccatis ualedicere, Syrach 7. vers. 40. discunt.

Possuat autem non monumenta tantum, vel nostra propria uel aliena, sed alia pleraque, circa quæ quotidie uersamur, nos commonefacere mortis: vt terra quam calcamus Gen. 3. Terra es. Cinis. Syr. 10. v. 9. Aqua. 2. Sa 14. v. 14. sicut illa in terram delabitur. Flores, Eta. 40. v. 6. Gramen. Psalm. 90. v. 5. Fœnum, Esa. 40.

Stulti autem sunt, qui ne ipsi quidem de morte, & non nisi cum indignatione, cogitant: nec alios de eadem momentes aut differentes audire uolunt. Securi in diem uiunt.

## II. Pars.

Sepelientes Christum sunt uiri magnæ autoritatis, diuites, honorati, & piissimi, & Christi amatissimi Alioquin non de cruce depositum eum, qui omnibus executioni erat terræ demandaissent.

1. Faciunt id cum periculo honorum & existimationis. Vnus, Iosephus scilicet erat ordinis senatorii. Alter Nicodemus, vnus ex magistris Israelis & principibus scholæ. Sciebant, quod pontifices & totus senatus ad mortem tradidissent Christum. Sciebant illud decretum, Joh. 9. 22.

At erant discipuli Christi. Vincit fides. Ideoque sic iam confessionem suam publice edunt, qui hæc tæneus erant infirmi, vt Nicodemus, Joh. 3. noctu ueniens.

2. Non

2. Non sine impensis magnis Christum sepeliunt, in sudore mundi inuolurum: & aromatibus conditum. Ad testandum suum amorem.

Hic non dicemus de his, quæ ad eorum confessionis pertinent. Quia hoc non est instituti nostri hoc loco. Funebria enim tantum tractamus.

L. I. Mortui honeste sepeliendi. Pro qualitate personarum, Sy. 48. v. 16. Propter spem resurrectionis. Ad testificandum amorem erga defunctum. De his sapius.

II. Vide quemodo hos magnos viros non pudeat tractare mortuam, de cruce sublatam, pro anathemate habitum, &c. Minimis faciendum, quod Christo iam non potes facere.

Licet autem non requiratur ab omnibus, ut vespillorum officio fungantur, charitatis tamen officia non negligenda; Egri visitandi; Pauperum funera curanda, Tobias, vers. 20. Reprehendendi, qui nec ægros accedere, nec mortuorum curam suscipere, nec feretra inspicere, nec funera comitari, aut sepulchra aperta intueri volunt, aut possunt sine nausea. Homines delicatuli, quibus amara recordatio mortis, Syr. 41. *Nöchten auch keinen Amen kein Tuch ins Grab mittheilen.*

Sicut Josephus hic Christum inuoluit: cum non esset, qui ipsius corpus curaret; præter ipsum & Nicodemum. Sciant illi mortem tamen non pateere, *und wann sie sich noch so sehr stellen.* Ergo latius esset, sic in tempore tristoribus illis actibus interesse & assuetudine his rebus mortalium, &c.

### III. Pars.

Sed & sepulchrum hic considerabimus. Is est Filius Dei: Jesus Christus; sine peccato. Ideoque nec mori nec sepeliri debebat, multo minus videre corruptionem, Psal. 16. v. 10. Act. 2. v. 31. & 13. v. 37. Quare ita sepultus sit, considerandum?

1. Iuxta scripturas, ut implerentur. Psalm. 16. v. 10. Psalm. 22. v. 16. Esa. 53. v. 9. Typus Jonæ, Matth. 12. v. 40.

II 3 2. Pro-

2. Propter nos: partim vt peccata nostra sic sepelirentur cum ipso, & remouerentur è conspectu patris cœlestis: partim vt nostra sepulchra sanctificarentur.

Næque simul caret mysterio sepultura in horto. Quia peccatum fuit in horto. Ideo peccata in horto defossa & sepulta.

**D I S C I M V S.** Non amplius extimescendas illas speluncas scædas & fetidas: sicut coram nostris oculis apparent. Illas enim sic suo corpore sanctissimo Christus sanctificauit, vt sint pijs iucunda *rogant hœc*, El 56. in fine.

Effecit enim hac sua sepultura Christus, vt terra non possit detinere & corrumpere: sed vt cogatur nos viuos restituere & gloriosos. 1. Cor. 15. v. 41. Et licet propter peccatum in terram cogamur reuerti, hoc tamen Christus egit expiato peccato, vt seminetur corpus tanquam semen in agrum Dei. Hinc pie cœmeteria vocantur, *des Gotsacker*. Ideo non graue sit feminari, quia scimus nos resurrecturos. Sicut semen, 1. Cor. 15. v. 36.

## F I N I S.

## T H E M A XXIX.

Ioh. 21. Christus Petro.

*Cum iunior esses, cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, &c.*

## D I S P O S I T I O.

Christum post resurrectionem suam, iterum aliquot diebus Apostolis conuersatum scimus. Quo tempore etiam Petrum officio pristino restituit, & vt pasceret oues mandauit.

Quodnam autem in hoc suo officio pastorali, tandem sit recepturus præmium & stipendium, ab hoc mundo, illud iam simul Petro ostendit, innuens, qua morte glorificaturus sit Dominum.

Quia igitur hîc mentio fit viæ, qua non velit ire Petrus: & tamen hac omnibus ingrediendum, cum sit via  
omnis

omnis carnis. 1. Reg. 2. v. 2. hæc verba iam in præsentia fu-  
nere tractare placet.

Primum autem verba vaticinii Christi explicabimus,  
deinde complementum eiusdem audiemus & doctrinas  
quoque vtilis subiiciemus.

## I. Pars.

Cum Petro Christus hoc loco in specie agit. Quia ip-  
sum singulariter (scilicet propter illam abnegationem) pri-  
mo restituit officio: simul admonet quam experturus sit  
fortunam in hoc mundo.

1. Primum autem Christus similitudine quadam  
sumpta à pueris & iuuenibus vitur. Cum iunior esses, am-  
bulabas pro libitu tuo: & cingebas te ipsum, &c. Sicut  
pueri libertate gaudent, antequam ad annos discretionis  
perueniant. Nam læst sie laussen vnd em freyen Nuth  
haben.

Cum autem adoleuerint, non amplius conceditur il-  
lis sic libere vagari: sed ad certum aliquod officium iam  
iplos assuescieri necesse est. Traduntur vel in studiis, aut re-  
literaria, aut opificiis manuariis erudiendi.

2. Hoc sic ad Petrum accommodatur. Cum esset Apo-  
stolus adhuc nouus, ambulabat secure & libere cum Chri-  
sto Domino, & quocunque mittebatur, tutus erat. Nun-  
quam adhuc expertus erat Petrus pericula, carceres, &c.  
Et sic etiam post resurrectionem Christi dabatur illi am-  
bulare ad tempus libere, & prædicare Euangelium quo-  
cunq; loco. Licet enim virgis & carcere interdum coher-  
cebatur, semper tamen fuit liberatus.

At postquam senueris, inquit, id est, ad terminum A-  
postolatus tui perueneris, & iam senex Apostolus fueris,  
extendere cogentur manus tuas, ut affigi possis cruci. Ibi li-  
gabunt te, & rapient ad supplicium.

Et ducet te alius (spiculator & carnifex) quo non vis.  
Du mußt em andern Weß gehen / den du zuvor nte gegang-  
en bist.

## II. Pars

Quomodo hæc Christi verba sint intelligenda, ipse Euangelista addit: Christum sic voluisse innuere, quo mortis genere Petrus Dominum sit glorificaturus: scilicet, crucifixione, ut sequatur Dominum suum & Magistrum.

Hoc vero quomodo fuerit completerum, ex historiis Ecclesiasticis constat.

Anno Christi 70. Imperante C. L. Domitio Nerone, & ultimo quidem ipsius Imperii anno, tertio Calend. Iulij Romæ crucifixus legitur, capite ad terram conuerso, eo, quod ipse hunc passionis modum expetisset.

Addit Nicephorus: quod se indignum reputarit, qui itidem vt Magister suus, recto corporis statu pateretur: & simul, quod illi leuior & expeditior in eorum esset catus. Vide hist. Eccles. lib. 3. c. 1.

Quare autem hic dicitur, *Quo non vis*, ducet te alius? Respondeo, secundum carnem inuitus patitur Petrus hoc supplicii genus. Spiritus autem promptus est. Sicut ipse Christus oprauit, vt transfret calix iste: attamen non mea sed tua voluntas fiat. inquit, Matth. 26. v. 38. & 39.

Augustinus sic responderet: volebat esse cum Christo, sed si fieri posset præter mortis molestiam, vitam concupiscebatur æternam.

Chrysostomus sic inquit, Naturæ affectû & carnis necessitatem indicat, quod anima inuita corpus relinquit, & licet voluntas constans, natura tamen imbecilla.

## L O C I.

I. Posset dici de cruce pastorum Ecclesie: quod cum Petro malam mundi gratiam experiri cogantur. Sed hic locus ad institutum proprie non pertinet.

II. Per multas tribulationes intrandum in gloriam. Hac via Christus iuit, Luc. 24. v. 26. Quicumque pie, 2. Timoth. 3. v. 12. Act. 14. v. 22. Seruus non maior Domino.

Ioan. 13. v. 16. Non intueamur, quæ ante oculos sunt, sed

THEMA XXIX. EX NOVO TEST. 505

fed inuisibilia. 2. Cor. 4. v. 18 quæ supra, Col. 3. v. 1. tendamus ad metam præfixam, Phil. 3. v. 13, 1. Cor. 9. v. 29. Merces in cælo reposita, Matth. 5. 2. Tim. 2. v. 11. Rom. 8. v. 17.

Estque instar omnium, quod sic glorificari Dominum hic additur. Eandem sententiam ipse Petrus habet, de his qui aliquid patiuntur, Pet. 4. v. 16.

Glorificantes autem Dominum, ipse vicissim glorificabit. 1. Sam. 2. v. 30. Et Joan. 12. v. 26, pater cohonestabit.

III. Videmus, mortem esse quidem viam vniuersæ carnis, Jos. 22. v. 14, at tam duram atque asperam tamen, quam nemo lubens vellet ire. Licet enim non omnes cum Petro violenta morte occidantur: tamen etiam his, qui naturali morte pereunt, dicitur, ducet te quo non vis. Placeat hic egregia verba Augustini super hunc locum adscribere: qua non omnibus libri illius patent.

1. Reliquit (ait) hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori, vsq; adeo naturalem, vt cum beato Petro nec senectus auferre poterit: cui dictum est, *Cum senneris*, &c. propter nos etiã consolandos in se figurauit ipse saluator, dicens, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste: qui vtiq; mori venerat, nec habebat mortis necessitatem, sed voluntatem, potestate positurus animam suam, & rursus eam potestate sumpturus. Hæc ille.

Adeo naturale esse intelligimus, non velle mori, vt ne senes quidem velint.

Quia mors est à Diabolo, non à Deo. Sap. 2. v. 24. ideo non mirum, nos horrere mortem.

Maximè eam quoque ob causam, quia & stipendium peccati, Rom. 6. v. 23. & destructio vitæ.

Et (sicut habet Chrysostomus super hunc locum) nemo sine dolore à corpore dissoluitur.

2. Causam vero hanc (quæ est singularis atq; eni uens, nec alias vbique obuia ideo illam ex authore adscribere lubet) idem D. Chrysostomus addit: inquit: nemo sine dolore à corpore dissoluitur, *diuina hoc utiliter dispensante providentia*, ne multi violentam mortem eligerent.

Nam si etiam sic hoc Diabolus persuadere potest. & in multa nos præcipitia & voragine impellit, nisi tantum animæ esset corporis desiderium, In paruo etiam morte multi sibi mortem consciscerent.

Quo igitur non vis ] naturalem affectum significat. Hacenus ille.

Notanda hæc contra temerarios & audaculos, & præsumptuos, qui se mortem plane non exhorrescere gloriantur. Sie wolten so gern sterben/ als zur guten Nachtzeit gehn.

Sed heus tu Dulce bellum inexpertis. Petrus olim dixerat iuuenis, ego tecum moriar, Matth 26. v. 35. At post paucas horas sic timet mortem, vt abnegando Christum vitam voluerit redimere. Et confirmato tandem illi & seni adhuc dicitur *Ducet te quo non vis*.

Tu itaque non argues mendacii Christum. Es gehet nit so sanft zu / quantum scilicet attinet carnem nostram.

3. Sed ne etiam secundum spiritum exhorrescamus mortem, ad extremum hoc loco Augustinus docet, quomodo superandus merus mortis. Sed (ait ille) molestia quauacunque sit mortis, debet eam vincere vis amoris, quo amatur ille, qui cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis vel parua molestia, non esse tam magna Martyrum gloria. Hæc ille.

Fide superanda mortis illa acerbitas.

1. Quia in somnum & quietem à Christo mutata, Marc. 5. v. 30.

2. Mors secunda, quæ vera est mors, nihil in nos iuris habet. Ideo mors corporalis ad vitam transitus, Joan. 5. v. 24.

3 Et in morte non manebimus: sed resurgemus. Et quidem gloriosi, 1. Cor. 15. v. 41.

De his fere in omnibus præcedentibus Dispositionibus super loca Joannis dictum hæcenus copiose.

FINIS

THE-

## THEMA XXX.

Act. 7 à vers. 55. ad finem cap.

De morte Stephani.

## DISPOSITIO.

Nosse Deum, & bene posse mori, sapientia summa est. De illo enim Joan. 17. v. 3. Hæc est vita æterna. De hoc Apoc. 14. v. 13. Beati mortui in Domino. Et recte dicitur Prouerbio, Omnia tunc bona sunt clausula quando bona est. Et certe ars bene moriendi, scientia scientiarum erit. Qui enim bene moriuntur, dicuntur non mori, sed obdormire. Sicut hoc etiam loco. Hanc attem egregie ex historia Stephani morituri, discere possumus: non quod omnes eodem modo simus perituri, sed, quod si ille inter lapides tam pie mori potuit, magis nos in lectulo inter manus consolantium, pie & feliciter mori (imo vero in Domino obdormire) discamus.

Tria autem requiruntur ad mortem beatam.

1. Ut hinc discessuri sciamus, quò eundum, quomodo atque per quem.

2. Ut animam recte commendemus, ut illi bene sit.

3. Ut cor odio vacuum hinc auferamus. Vel sic: *Dasß wir nichts auff unserm Gewissen lassen ligen: vel, Dasß wir kein Groll mit ins Grab nemen.*

Hæc tria Stephanus moriturus poterit docere.

## I. Pars.

Hoc loco Stephanus moriturus docet nos, quo sibi eundum putet, si anima corpus reliquerit. 1. Video, inquit, cælum apertum.

De corpore non est sollicitus. Id curârunt nonnulli viri boni, Actor. 8. v. 2. Quod si id non fuisset factura, parum ille curâisset. Cælo enim regitur, qui non habet vnam. Et Domini est terra, Psal. 24. v. 1.

Animam autem scit transiuram in cælum.

2. Vnde hoc nouit? Aut cuius opera ipse sperat se posse

sc

se ascendere in cœlum? Jesum video stantem à dexteris, Per Christum redemptorem, & mediatorem, sperat sibi paratum esse domicilium apud patrem Joan. 14. vers. 2.

3. Sed quis scit, hoc ira futurum: Imo Stephanus nihil dubitat. Quia plenus fide & Spiritu sancto. Ideoque confidenter in cœlum suspicit: & illud sibi apertum firmiter statuit.

1. Discimus primum requiri fidem in Jesum Christum, si beate & pie velimus mori.

Qui credit, non vadebit mortem. Joan. 8. v. 51. Transit de morte ad vitam, Joa. 5. v. 24. Illa fides ex verbo Dei discenda, Rom. 10. v. 17. Et illam accendit Spiritus Sanctus in cordibus nostris, certificans nos. Rom. 8. v. 16.

2. Fides illa intuetur Jesum, hoc est fidelis scit, per quem ad patrem ire possit. Per eum qui est ad dexteram patris. Quid autem faciat in dextera patris, Roman. 8. v. 34. aperte dicitur, *intercedit pro nobis.*

Est enim Aduocatus. 1. Joan. 2. v. et. & mediator, 1. Tim. 2. vers. 5.

3. Qui sic est in fide instructus, cœlum iam sibi videt apertum. Jam in cœlo est. Spe salui sumus, Rom 8 v. 24. Jam sumus filii Dei, 1. Joan. 3. v. 2.

Talis prompto animo moritur cum Stephano, si maxime inter lapides pereundum.

Simœon alacri animo subit mortem. Ratio eadem, quæ Stephanum hic facit lætum, ab ipso additur: Viderunt oculi *Salutare*, Luc. 2. Cernimus nos quotidie in verbo. In speculo 1. Corin. 13. v. 12. & beati qui non vident (oculis corporis) & tamen credunt. Joan 20.

De in fidelibus igitur alia est ratio. Illicum gemitu & fremitu sæpe moriatur. Sic Posthumius ille, Inuitus morior. Quo vadam nescio. Et Hadrianus moriturus, Animula, vagula, blandula: Quo nunc abibis in loca? &c Sic illi dicunt: *Zeh fahr vnd w ih nicht wohi: ic.*

Contra Christiani se leles sciunt, sibi cœlum apertum, propter Christum mediatorem. Lætantur ergo.

II. Pars,

## II. Pars.

Ad beate moriendum hoc etiam maxime pertinet, vt sicut alias in omni vita, ita tum maxime animam Deo commendemus piis precibus, quando illa ex hoc mortali corpore exiura est.

Sic Stephanus hoc loco, Domine Jesu suscipe spiritum meum, orat.

De hoc vide peculiarem Dispositionem verborum Dauidis, In manus tuas commendo spiritum meum Psalm. 31. v. 6. in hac parte Promptuarii supra inter Themata ex Veteri testamento, numero XLVIII pag. 150. Breuitatis causa illuc lectorem remittendum puto.

## III. Pars.

Stephanus non vult decedere ex hac vita iræ odii que tenax, nec in idonea tempora differre vlciscendi animam: sed ignoscit omnibus aduersariis, & pro illis preces suadit ad Dominum: Ne statuas illis hoc peccatum, &c.

Docet Stephanus, tum nos pie morituros, si omnem offensam condonemus aduersariis. Id didicit Stephanus à Christo Domino & Seruatore nostro, cuius hoc primū est verbum in cruce: Luc. 23. v. 34. Pater dimitte illis.

Et quia nescimus quando perimus, reconciliari debemus inimicis in tempore. Hoc Christus docet ipse Matt. 5. Dum in vias, hoc est in hoc mundo, vbi perpetuum iter est ad mortem. Graue quidem hoc carni & sanguini, at omnino necessarium, si non velimus experiri tormentum. Ibid. vers. 25. Implorandus Spiritus sanctus, qui hoc in nobis perficiet opus bonum. Phil. 2. vers. 13. Credenti omnia possibilia. Matt. 9. v. 23 Potuerunt id Joseph & Dauid. Discamus & nos eandem artem. Sic pie moriemur cum Stephano.

[NOTA. De vocula (obdormiuit Stephanus) & quomodo mors somnus, vide supra præcedentem Dispositionem XX. & XXII & XXIII. ex Ioan. 8 & 11. & c.]

FINIS.

THE.

## T H E M A XXXI.

Acto. 10. v. 36.

*Historia de Thabith Ioppensi excitata à Petro.*

Hæc supra peculiari Dispositione iam est explicata in I parte Promptuarii. Classe II. Num. 21. pag. 163.

## T H E M A XXXII.

Acto. 10. v. 43.

*Huic omnes Propheta testimonium perhibent, quod in nomine eius remissionem peccatorum accipiant, credentes in eum.*

## D I S P O S I T I O.

Omnem nostram salutem consistere in remissione peccatorum, Zacharias, Spiritu sancto plenus author est, in Cantico, Luc. 1. v. 77. Huic consentit Regius ille Propheeta Psal. 32. v. 1. & 2. Beati, quorum remissa sunt iniquitates. Beatus, cui Dominus non imputavit peccatum. In hoc itaque iam incumbendum, ut intelligamus, unde & quomodo remissio peccatorum possit impetrari. Id vero paucula sed valde Emphatica verba Petri docent, & ex communi consensu Prophetarum hanc doctrinam Petrus confirmat. Nos itaque videamus, 1. Per quem & qua ratione remissionem peccatorum possimus impetrare.

2. Unde nobis de certitudine huius doctrinæ constet. Vrsus horum tandem etiam erit subiiciendus.

## I. Pars.

De Christo Petrus loquitur, in domo Cornelii, eumque Iesum Nazarenum vocat, qui sit à patre constitutus Iudex viuorum & mortuorum. Et de hoc pronunciat, quod per nomen eius, vel, in nomine eius, remissionem peccatorum accipiant omnes saluandi.

x. Pri-

THEMA XXXII. EX NOVO TEST. 518

1. Primum hic notanda est phrasis, *in nomine, vel per nomen Christi*. Hæc nihil aliud denotat, quam [*propter Christum*]. Sic vult rogari patrem in nomine suo, Joh. 1. 6. v. 23. 24. hoc est, vt propter ipsum filium det nobis, quæ petimus.

Per Christum igitur & propter Christum contingit nobis remissio peccatorum. Is enim sanguine suo peccata nostra expiauit, 1. Pet. 1. v. 19. sanguine Christi agni immaculati redempti estis, de vana conuersatione.

Ideoq; 1. Cor. 1. v. 30. Christus factus dicitur *redemptio*. Venit enim dare animam suam *redemptionem* pro multis.

Rom. 3. v. 24. per *redemptionem* factam per Christum, iustificamur.

Ephes. 1. v. 7. In quo habemus *redemptionem* per sanguinem ipsius.

2. Qualis autem sit illa redemptio, immediate subiicitur, *Remissionem peccatorum* secundum diuitias gratiæ illius, quæ superabundauit, &c.

Ideoq; in vltima Cœna dixit, se fundere sanguinem in *remissionem peccatorum*. Matth. 26. v. 28. Non enim sit remissio sine sanguine, Heb. 9. v. 21. Actor. 13. v. 38. per hunc annunciat remissio. De eadem, Act. 26. v. 28. & Coloss. 14. v. 14.

3. Per Christum nobis remitti peccata constat. At quomodo illa remissio peccatorum à Christo sit accipienda, quomodo apprehendenda, quomodo applicanda, id Petrus etiam addit paucissimis verbis, innuens accipere remissionem peccatorum eos, *qui credunt*. Fide nobis applicandam illam remissionem itidem ex ipso Christum verbis intelligitur, quando vult vt non pereant, non iudicentur, *qui credunt* in eum, Joh. 3. v. 15. & 16. & 18. Joh. 6. v. 29. Sine fide enim impossibile est placere Deo, Heb. 11. v. 6. Per fidem autem iustificati pacem habent cum Deo, Rom. 5. v. 1.

Habemus itaq; causam meritoriam salutis: Christum scilicet qui meritis est nobis remissionem peccatorum.

Habe.

Habemus instrumentum apprehendens, fidem manum mendicam accipientem elemosynam Beati ergo qui credunt in eum. His non imputabitur peccatum Pſal. 32. v. 1. Sed fides ad iustitiam, Rom. 4. v. 5.

## II. Pars.

Sed estne hæc doctrina certa quod per Christum solum omnes credentes accipiant remissionem peccatorum? Fortassis noua est hæc doctrina, iam primùm à Petro excogitata? Si sic esset, admodum suspecta esset hæc Religio.

At Petrus ostendit, 1. Hanc esse vetustissimam doctrinam, etiam à Prophetis traditam in veteri Testamento.

2. Nec esse vnus tantum Prophetæ, sed communi omnium Prophetarum consensu approbatam.

Et enim de Christi passione & merito, atque peccatorum remissione, ac fide seu cognitione Christi & iustificatione omnes Prophetæ differunt, alii clarioribus verbis, alii tectis. Id patet ex seqq.

Eſa. 43. v. 15. Ego deleo. Et. 1. 3. v. 11. Iustificabit multos cognitione sui. Portat peccata eorum. vide totum cap.

Ier. 31. v. 34. Cognoscent me. Peccata dimittam.

E. Jer. 33. v. 17. Ichoua iustitia nostra.

Ezech. 36. v. 25. 26. 29. 32. De mundatione, hoc est, remissione peccatorum loquitur.

Dan. 9. Occidetur Messias. Propitiabitur iniquitas.

Hos. 13. v. 14. De manu inferi redimam. Mors Christi.

Joel. 2. v. 32. Qui inuocauerit. Allegatur in Act. 2. v. 21.

Amos 9. vers. 11. ad finem, de Christo, Obad. vers. 17. de Christo.

Ionas typus ipse est Christi sepulci, Matth. 12. v. 40.

Mich. 7. v. 19. Iniquitates nostras delebit, &c.

Nahum 1. v. 15. De regno Christi. Allegatur enim Roman. 10. v. 15.

Habac. 2. in fine. Iustus fide sua uiuet.

Sopho. 3. v. 9. de regno Christi. Et de remiss. pecc. v. 17.

Hagg.

Hagg. 2. v. 8. Veniet desideratus cunctis gentibus. De Christo.

Zach. 9. v. 9. Venit Rex Saluator, &c. & plura alibi.

Malach. 3. v. 1. Veniet Angelus fœderis. Purgabit filios Leui.

Quod si huc etiam velimus ponere Prophetias Davidis de Christo redemptore, peccatorum gratuita remissione, dies nos recitando deficeret.

Videantur Psalmi 22. & 40. & 68. & 69. &c. plus quam 30. Psalmi numerantur, qui de Christo sonant. Vide Luch. partit.

Ecce omnes Prophetæ de Christo futuro redemptore consentiunt.

VSUS GENERALIS.

I. Non noua est doctrina de remissione peccatorum, propter vnum & solum Christum, fide apprehensum.

Abraham ante omnes Prophetas per eundem est iustificatus.

Rom. 4. v. 3. Creditur & nudæ fidei consensus sola, plenam ad iustitiæ & meriti reputata corona est.

Possent adduci innumera pene scripturæ loca, quæ hunc pertinent, Act. 4. v. 12. & 13. v. 38. & 15. v. 11. & 16. v. 31. Gal. 2. v. 16.

II. Videmus etiam, quis consensus Ecclesiæ sit accipendus: Non is quo multi passim in Hispania, Italia, Gallia errantes consentiunt: sed is qui assensum habet verbi diuini vet. & noui Testamenti, Prophetarum & Apostolorum.

Alias consenserunt etiam Baaliticæ, gentes Idololatricæ. At consensus verbi requiritur.

III. Nos abiectis & posthabitis omnibus meritis, (quæ sunt vestis immunda, Esa. 64.) apud Christum fide quæramus remissionem peccatorum.

F I N I S.

## THEMA XXXIII.

Act. 17. v. 30. &amp; 31.

*Et tempus quidem ignorantia dissimulauit Deus. Nunc autem mandat pœnitentiam omnibus vbique hominibus: quod statuit diem, in quo iudicaturus, &c.*

## DISPOSITIO.

Hæc verba pars sunt concionis Paulinæ habitæ Athenis. De Atheniensibus autem legitur hoc ipso capite. v. 21. quod ad nihil aliud vacarint, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui. Quia vero non nouum tantum aliquid, sed id quod saluti Atheniensium erat conuenientissimum, his verbis proponere voluit Paulus: agite hæc eadem & nos (quia semper aliquid noui audire cupimus) ad animos nostros reuocemus, non nobis minus quam Atheniensibus summe necessaria cognitu.

Primum autem ostendit, necessarium ante omnia esse, vt agatur pœnitentia.

Deinde rationem huius addit, quia instet iudicium vniuersale, id quod in simbolo confitemur.

## I. Pars.

Dixerat Paulus Atheniensibus, quam grauitèr peccauerint colentes Deum ignorantium: cum verus Deus non procul absit ab vnoquoque hominum. Ideoque ipsum etiam non sculptilibus, & inuentis hominum similem esse. Et tolerasse quidem Deum hæctenus idololatriam illam gentiliū, per multas annorum centurias, nec simul omnes gentes voluisse extripare, quæ ignorauerint verum Deum: nunquam tamen illam idololatriam approbasse.

Nunc vero postquam sonus Euangelii in omnem terram exierit, nullam amplius posse prætendi ignorantiam aut excusationem.

Seriæ

Scidè enim velle Deum, vt vel tandem omnes vbique respiciant, Deum verum cognoscant, & agnitis peccatis ad ipsum vera fide conuertantur.

L. Discimus necessariam omnino esse veram pœnitentiam. Hoc enim tempore prædicari Euangelij semper fuit omnium primum, quod requisit Joannes Baptista, Matth. 3. v. 2. Christus, Matth. 4. v. 17. Petrus in prima concione, Act. 2. v. 38. & Paulus hoc loco Athenis.

Idem etiam Elajas statim in primo capite vrget: Desistite à malo & discite bene agere. Hieremias 3. v. 14. conuertimini. Ezech. 3. vers. 20. Joël. 2. v. 12. Jon. 3. v. 8. Zach. 1. vers. 3.

2. Quo loco agenda pœnitentia? Num tantum Athenis, aut in Ninive? &c. imo, ait Paulus, *in omnibus finibus terræ*. Vbiunq; sunt peccatores: siue inter paganos, siue inter Christianos.

In omnibus regnis, regionibus, ciuitatibus, pagis, villis, agenda pœnitentia.

3. *Quibus agenda pœnitentia? Omnibus hominibus*, hoc est præceptum, ait Paulus, Regibus, & rusticis. Principibus & subuleis. Diuitibus & pauperibus. Iuuenibus & senibus. Viris & fœminis. Quia omnes peccauerunt, Rom. 3. v. 23.

4. Quando agenda pœnitentia? vbi sentiemus instare finem mundi, aut vitæ nostræ? Minime procrastinanda. Cras peccatores spondent fieri meliores. Cras semper clamant, qui bona carnis amant. Bonaventura. Et Augustinus, cras cras corui vox est. Contra Paulus hic ait, *Nunc præcipit Deus hoc*. id ex Psalm. 95. v. 8. vrget Apostolus Heb. 2. v. 7. Hodie hodie si audieris, &c. vide Syr. 5. v. 8. & 18. v. 22.

5. Quomodo agenda pœnitentia? requiritur id Esa. 1. v. 17 desistere à malo & facere bonum.

Veteres dixerunt, pœnitentiam esse, pœnitenda non admittere, & admissa desistere, *Buss thun / est, besser thun.*

Numerantur duæ partes principales.

1. Contritio, cum serâ peccatorum confessione coniuncta: vbi dolor de admissis, & propositum vitæ in melius emendandæ.

Exemplum. Psal. 51. v. 1. ad 18. & Dan. 9. v. 4 ad 20.

2. Fides. In miserationibus tuis, Dan. 9. v. 16.

Propter magnam misericordiam, Psal. 51. v. 3.

Propitius esto mihi, Luc. 18. v. 13.

Si vera est pœnitentia, patebit ex fructibus, noua scilicet obedientia. Arbor bona fructus boni, Matth. 12. v. 34.

## II. Pars.

Quia facilis præcipitur quam agitur pœnitentia. Paulus addit talem rationem, quæ est vigentissima.

1. Statuit Deus diem nouissimum, in quo iudicaturus est facta hominum.

2. Et quidem totum orbem iudicaturus est: ne vno quidem homine excepto.

3. Iudicaturus autem est *in iustitia*. Nemini parceret. Nemini faciet iniuriam.

4. Et iudicaturus est per eum virum, quem ad hoc destinavit, suscitans eum à mortuis, Christum.

5. Ideoque is ipse Deus, viam monstrauit omnibus, quomodo possint stare in iudicio hoc, fidem sc. offerens omnibus.

Lo c v s. Sicut pœnitentiæ, ita iudicij illius extremi meditationem omnibus omni tempore necessariam esse, ex hoc & multis scripturæ locis constat.

1. Scimus enim, restare diem illum iudicij extremum, Eccl. 12. in principio & fine. Esa. 66. v. 16. Matth. 25. v. 31.

Imo id ipsum quotidie confitemur in symbolo.

2. Scimus iudicium datum filio, Joh. 5. v. 27.

3. Scimus nemini patere effugium. Omnes manifestari oportet, 2. Cor. 5. v. 10. Apoc. 20. *Gross und Klein*. v. 12.

4. Scimus nullam fore respectum personarum, sed iuste iudicandum, Deut. 10. v. 16. Rom. 2. v. 11,

5. Sci-

THEMA XXXIII. EX NOVO TEST. 517

5. Scimus quid sit venturum in iudicium: scilicet non tantum omne opus, sed etiam verbum omne ori osum, Matth. 12. v. 36. Eccl. 12. v. 14.

6. Scimus etiam hoc, si iniquitates velit obseruare iudex, nos non posse stare, Psal. 130. v. 3. Ad mille non vnū posse respondere, Hiob. 9. v. 3.

7. Scimus sententiam grauissimam pronunciatum iri contra impenitentes. Abite, Math. 25. Non noui vos, Mat. 6.

8. Scimus sententiam mox executioni mandandam, & ignominiam, ignem, vermen, tenebras, stridorem dentium &c. expectanda damnatis in hoc iudicio, Da. 12. Esa. 66 &c. Interim pleriq; alium dormiunt somnium. Occitarem.

Quia potius rebus nostris consulimus in tempore. Quod faciendum? *oblatam à Domino fidem* apprehendamus Ex fide mediator ille, 1. Tim. 2. v. 5. Aduocatus 1. Ioa. 2. v. quærendus. Orandum: Ne intres, Psal. 143. v. 2. Qui credit, non iudicabitur, Joan. 3. versicul. 8. Non veniet in iudiciū cōdemnationis [Ioa. 5. v. 24. imo qui ceciderit, saluus erit, Marc. 16. v. 16. Probate ergo an sitis in fide, 2. Cor. 13. v. 5. Fides non sit mortua, Iac. 2. v. 17. Non omnis qui dixerit, Matth. 7. v. 23.

F I N I S

THEMA XXXIV.

Actor. 20.

*Historia de casu, morte & resurrectione Eutychi.*

Dispositionem huius historiae vide supra, in 1. parte Pomptuarii, in appendice Classis VII. Casu VI. De Præcipitatis, Pag. 633.

THEMA XXXV. •

Actor. 28 v. 8.

*Historia de patre Publici febricitante, sanato per Paulum, in insula Melitensi.*

Kk 3

Dis.

## DISPOSITIO.

Describitur in Actis cap. 27. & 28. quomodo Paulus Romam captiuus deducendus, cum multis aliis naufragium passus, ægre tandem uenerit in insulam Maltam. Cum autem è mari egressi essent, multa illis officia humanitatis præstita sunt à Melitenensibus, qui *hospitium* fecerunt peregrinis.

Et Paulus quidem cum suis hospitio exceptus fuit à Publio quodam, qui erat princeps in illa insula, habens sua prædia ibi.

Hæc uero historiarum particula prælecta monet, quomodo Paulus hospiti suo uicissim benefecerit, sanando patrem ipsius.

Primum itaque de patre Publii febricitante: Deinde de Paulo sanante dicemus.

## I. PARS.

Publius, princeps insulæ Maltæ, patrem ad huc habet in uivis, non senio tantum confectum, sed & grauissimis morborum generibus afflictum. Etenim febri correptus erat. In illis autem locis febres sunt admodum acutæ & lethales.

Et sicut nulla est calamitas sola, simul etiam bonus ille uir, dysenteria laborabat. Quæ per se etiam morbus est lethalis, & cum grauissimis doloribus coniuncta. Neque enim nostratibus incognitus hic morbus.

Nec dubium est, quin varia fuerint adhibita remedia: sed frustra. Febres in senibus difficulter curantur: sicut & dysenterici morbi curari haud leues sunt.

Licet igitur hic bonus senex fuerit diues (cum pater fuerit Principis eius loci, habentis prædia satis ampla) & honoratus, tamen sic cum graui morbo, eoque duplici conflictatur, atque plane miser est.

LOCVS I. In omnibus locis inueniuntur homines ægri & languidi, quocumque perueniamus, etiam in medio mari. Sic tempore Christi, quocumque pergerat, addu-

K  
THEMA XXXV. EX NOVO TEST. 519

adducebantur, deportabantur & accedebant languidi, ægri. Patet id ex historiis, Matr. 4. v. 23. & 9. v. 35. & 21. v. 14. & Marc. 1. v. 34.

Ita etiam quocumque venerunt Apostoli, inuenerunt magnam copiam ægrotorum. Vide Act. 5. v. 15. & 16.

Idem experientia testatur etiam apud nos.

Quorū autem hæc dicuntur?

1. Ut agnoscamus, unde tot & tantæ ægritudines.

Multi ægri, quia multi peccatores. Languor enim & ægritudo pœna est peccati: ut constat ex Deu. 28. v. 21. & 1. Cor. 11. v. 30.

Pauci hoc agnoscunt, de quo tamen Syrach monuit, Syr. 38. v. 10.

Ut patientiam præstemus. Quia non solum Patimur: sed fratres in mundo eadem calamitate implicantur, teste Petro, 1. Petr. 5. v. 9.

3. Ut qui adhuc valent & recte habent, agnoscant magnitudinem beneficii diuini: sanitate nihil pretiosius. Salus corporis est patrimonium pauperis, ait Augustinus.

4. Validi & sani ægris compatiantur, & beneficiant, quacumque possunt ratione, præsertim ubi paupertas committatur ægritudinem.

Visitandi ægri, Matth. 25. v. 36. consolandi, 1. Thess. 5. v. 14. compatientes estote, 1. Petr. 3. v. 8.

Iuuandi consilio, medicina, nummis, &c.

L. II. Pauperes existimant, se tantum affligi & diuites esse felices. At hic vir diues & honoratus duplici morbo affligitur. Tu certe si sanus sis, licet pauper, feliciores. Sanitas enim longe præstat diuitiis, vide Syr. 30. v. 14. & seq.

II. Pars.

Paulus intelligens affligi parentem hospitis, cupit de ipso bene mereri, & gratitudinem sic non tantum suam declarare, verum etiam gloriam Dei manifestare miraculo illo sanationis.

1. Ingreditur Paulus ad ægrum senem.
2. Orat ad Dominum, ut restitueretur æger.
3. Manus illi imponit, in nomine Christi, qui hanc potestatem dederat Apostolis, sanandi ægros ( Marc. 6. v. 18. ) impositione manuum.

4. Sicque non sine ingenti miraculo sanavit ægrum.

[NOTA. Obiter etiam quæ sequuntur, in hac historia attingi possunt, si non textus ille cum præcedentibus coniungatur. Quod & alii in Malta eodem modo miraculose tum fuerint sanati, à Paulo.

Sed & Melitenses vicissim sese exhibuerunt gratos. Quod si vero hæc pars textus quoque lecta fuerit, tertium hoc membrum propositionis erit, de sanatis pluribus Melitensibus & gratitudine eorum.]

L. I. Voluit Dominus Apostolorum doctrinam (quæ nova erat & inaudita hæcenus) sic confirmare miraculis. Quibus hodie non est opus. Et non nisi Anti Christiana Ecclesia hodie de miraculis gloriatur. De quibus Christus, Matth. 24. v. 24. & Paulus, 2. Thessal. 2. vers. 9. Chrysostom. in cap. 2. Joan. hom. 23. Sunt qui nostra æta te quærunt, quare signa non fiunt? Respondet: si fidelis es, ut oportet: si Christum diligis, ut diligendus est, non indiges signis. Signa enim incredulis dantur.

II. Hoc in medio sanitatis etiam hodie utendum, quo Paulus hic ante omnia utitur, scilicet Oratione. De hac Syr. 38. v. 9. & Jac. 5. v. 16. Nec irritæ sunt tales preces. Exempla. Hiskias. Esa. 38. vers. 1. Abraham, Genes. 20. v. 7. & 7. Et licet non miraculose semper velit sanare Deus, tamen id facere potest per media legitima, quæ non sunt negligenda, Syr. 38. v. 4. Quod si illa non iuuant, meliorem vitam Deus dare constituit.

III. Postquam de hospitalitate Publii, & Melitensium, & quam liberaliter Deus illam semper compensarit in Lotho, Abrahamo & omnibus. Hinc id Heb. 13. v. 1. & 2. I. Petr. 4. vers. 9. At hic locus ad præsens institutum (dum funebria tractamus) proprie non pertinet.

THE,

## THEMA XXXVI.

Rom. 3. v. 23. &amp; 24.

*Non est distinctio: omnes peccauerunt & destituuntur gloria Dei. Iustificantur autem gratis, per illius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.*

## DISPOSITIO.

Hic locus Pauli merito inter præcipuas totius Scripturæ sententias numeratur. His enim verbis, primum quidem totius generis humani iniustitia, deinde vero gratuita per Christum iustificatio, paucis sed emphaticis verbis sic describitur, ut nihil omnino desit, quod ad isthanc rem pertinet. Cum igitur hoc vnum omnes vnice exoptemus, ut coram Deo iusti & salui esse possimus, hic attendamus Pauli verbis. Et quia agnito morbo facilior est via ad sanitatem: Ideoque 1. nostram miseriam & damnabilem iniustitiam, 2. tum etiam considerabimus, quomodo ex illa miseria liberari, & iusti corâ Deo atque accepti fieri possimus. Singula autem vtriusque membra singularem habent emphasin, Ideoque singula accuratius ponderanda erunt.

## I. PARS.

1. Peccauerunt, inquit Paulus, & loquitur de his, de quibus supra dixerat, Iudæos & Græcos obnoxios esse peccato, v. 9.

2. Ideoque hic addit, peccauerunt OMNES. Iudæi & Græci. Imo totus mundus: supra v. 20.

3. Paulus etiam id amplificat his verbis. Non est differentia. Magna alia est differentia inter homines.

Alius Iudæus, alius gentilis, alius Christianus. Alius nobilis, alius ignobilis, &c. At ratione peccati nulla est differentia. Omnis caro corrupti viam suam, Gen. 6 v. 12. Omnes quasi oves errauimus, Esa. 53. v. 6. Peccatum in omnes transiit ab Adam, Rom. 5 v. 12.

Kk 5

4. Nec

4. Nec satis. Destituuntur gloria Dei, ait. Debeban quidem habere hanc gloriam, quod sint bona & sancta Dei creatura: quodque homines facti sint ad imaginem Dei. Que gloria nulli alii creaturas contingit. At sic sum<sup>o</sup> deformari, vt pœniteat Deum, quod fecerit hominem Gen. 6. v. 6. Et deridet Adamũ, Gen. 3. v. 22. Ecce factus est sicut vnus ex nobis: quãsi diceret: Minime talis est ampli<sup>o</sup> qualis fuit creatus: nedum melior. Imo iumentis homo comparatus est, Psal. 49. v. 17. Hinc illud: Quid est homo, quod repuras eum? Psal. 144. v. 3. Ideoque nobis confusio faciei, Dan. 9. v. 7. Absit mihi gloriari, Galat. 6. v. 14. Prostercoribus habeo, Phil. 3.

Loc. Discamus hinc agnoscere nostram miseriam & iniustitiam ne coram DEO nos extollamus, quod est peccatum omnium grauissimum, & ipsi Deo intolerabile. Phariseus, Luc. 18 non iustificatus abit si dicimus, peccatum nõ habem<sup>o</sup>, I Joã 1. v. 8. Id agnoscere debet OMNES sine discriminẽ. Nemo seipsum debet aut potest eximere. Nemo peccata sua extenuare. Nemo bona opera præterdere. Destituimur enim *omni gloria*. Et exclusa est omnis gloriatio. Hoc ipso cap. v. 27. Qui autem vult gloriari, glorietur in infirmitate sua cum Paulo, 2. Cor. 12. v. 5. Et in Domino, Ier. 9. v. 24. Nec quisquam despiciat alterum: nec se meliorem esse putet. Non est differentia. Nemo iustus. Nullius cor mundum, Prou. 20. v. 9.

Hæc meditatio admodum est necessaria, ad deprimentum illud carnis nostræ supercilium.

## II. Pars.

Nunc vero rationem iustificationis ordine & exquisitissime demonstrat.

1. Iustificabimur, licet simus miseri peccatores. Magnum est hoc, & longe maius, quam quod Ehster ancilla captiua sit regina.

2. Et quidem gratis: sine omni nostro merito. Hoc maius est, Ioseph ex captiuo sit dominus; sed illud meritis

rus

tus est, vt sic eueheretur. At nos gratis iustificamur: sine omni merito.

3. Quomodo autem iustificamur gratis? *per ipsius gratiam.* Non quod iuxta scholasticos Pontificis gratia prima bene vtendo hanc mereamur: sed quod Deus gratiam suam clementiam & misericordiam nobis gratis offerat. Vide Tit. 3. v. 5. Eph. 2. v. 8.

4. At vnde nobis illa gratia & misericordia, cum Deus sit iustus? Per redemptionem partam sanguine Jesu Christi. Is pro nobis patri persoluit pretium redemptionis. Factus est *propter nos*, Matt. 20. vers. 28. Pretioso sanguine redemptionis, 1. Pet. 1. v. 19. 1. Cor. 7. v. 23.

Hinc merito Christus dicitur redemptor.

Job. 19. v. 25. Psal. 31. v. 6. Redemisti me.

LOCUS I. Ecce doctrinam non nouam, non à Luthe- ro, sed à Paulo, imo à Spiritu sancto traditam, quod iustificemur coram Deo gratis absque omni merito. Et videtur Spiritus sanctus dilere voluisse infringere illam doctrinam minime Catholicam: quod partim gratia, partim, operibus iustificemur: ideoque non satis illi erat dicere, iustificamur per gratiam, sed secundam quoque exclusiuam addidit dicit enim gratis, & per gratiam. Et directe opponuntur gratia & meritum, Rom. 11. v. 5. & 6. Item E- phes. 2. v. 8. & 9.

Est autem hæc doctrina firmissime tenenda, vt Christo redemptori suis constet honor: qui dicit, ego torcular *solus* calcaui, Es. 63. v. 3. Et ego deleo iniquitates tuas *propter me* Esa. 43. v. 25. Is imputat suam iustitiam nobis, Rom. 4. v. 5. non imputans peccata, 2. Cor. 5. v. 19. Dicendum ergo: Non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Psal. 115. v. 1.

II. Vna cademque semper fuit ratio consequendi salutem æternam, in veteri & nouo Testamento, Act. 15. v. 11. Per gratiam Christi, saluati credimus, sicut & illi. Agnus occisus ab origine mundi, Apoc. 13. v. 8. Esa. 53. Christi passio traditur. Abraham fide Christum vidit, Joan. 8. v. 56.

FINIS.

THE.

## THEMA XXXVII.

Rom. 5. v. 12.

*Quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors: & sic in omnes homines mors peruasit, quatenus omnes peccauimus.*

## DISPOSITIO.

Quando bellum oritur, aut incendium, vel aliud ali-  
quod malum, quæri solet ante omnia, unde istud malum  
& quæ illius causa.

Cum itaq; Paulus & in hac Epistola hætenus & quo-  
que in hoc capite ad Romanos mentionem fecerit mortis  
næ Dei, damnationis &c. non immerito prima questio est  
unde hæc mala omnia existant. Huius enim rei notitia non  
parum profutura est.

Ideoque Paulus verbis prælectis, veram nobis causam  
edidit. Vnde sit mors & peccatum.

Hanc nos questionem iam examinabimus, & postea e-  
tiam audita ad nostrum usum accommodabimus.

## Textus.

I. Duo sunt maxima in mundo, quorum posterius ex  
priori promauit: peccatum scilicet & mors.

Deus autem peccatum non fecit, nec mortem: vt patet  
Psal. 5. v. 5. & 1. Ioan. 3. v. 8. Sap. 1. v. 13. & 2. v. 23.

Vnde igitur illa? A Diabolo mortem inuentam Sapiens  
loco allegato asserit. At non solus Diabolus author est  
peccati & mortis: verum etiam homo Diabolo consen-  
tiens.

1. Ideoque Paulus hic ait: Per hominem venit pecca-  
rum. Quamuis enim Diabolus primo peccauit, tamen il-  
lus peccatum non intrauit in mundum: sed tantum in Pa-  
radisum.

2. Adamus autem introduxit peccatum in mundum  
pro-

propagationis ratione scilicet. Quia omnes ab Adamo descendunt: Ideo dicitur, *per hominem*.

3. Nota etiam, quod licet Eva prior peccauerit i Tim. 2. v. 14. tamen quia illa sumpta est ab Adamo, & propter illum creata, peccatum illius non intrauisset in mundum, si Adamus non consensisset. Potuisset enim illi Dominus aliam creare sanctam coniugem.

Ideoque ipsi omnis culpa tribuitur, dum Paulus ait, *per unum hominem*.

Propterea ipse etiam primum à Deo fuit reprehensus, ante Euam, Gen. 3. v. 10.

SECUNDUM. Diximus, unde sit peccatum. Videamus etiam quid ex peccato sit sequutum: *Mors* scilicet.

Per peccatum autem mors intrauit. Si enim non peccasset Adamus, nunquam fuisset moriturus, sed beneficio arboris vitæ, produxisset vitam in multos annos, & tandem viuus absque omni mortis interuentu translatus fuisset cum suis in cælum, ad maiorem felicitatem.

Per peccatum autem mors introducta est. Sic enim pepigit Dominus cum Adamo: *Quacunque die comederis, morte morieris*, Gen. 2. v. 17.

TERTIO. Neque vero peccatum & mors in Adamo desierunt: sed hoc demum est omnium maxime dolendum: quod sicut peccatum propagatione in omnes transiit (*Dantes vit. ff. Item Wolffem Lämblein*): ita etiam per peccatum mors in omnes peruasit: quia omnes sunt peccatores, & cum morte omnia, quæ ipsam comitantur, ut sunt morbi, dolores, & innumera alia.

### LOCI.

Primum, charissimi, sæpius meditandum, quanta felicitate exciderimus propter peccatum: ut peccatum detestari discamus: quod nobis omnes calamitates accessit.

1. Erat in Adamo lux veræ, qua Deum perfecte cognouit, dilexit, habebat liberum a bitrium, &c.

2. De

2. Dominium habebat super omnes Creaturas.  
Alienus erat ab omni labore & dolore, fame, siti, sudore & molestia.

3. Nulla erat in corpore ægritudo, nulla mors, nulla tristitia.

Tales etiam mansissent omnes illius posterii.

At quantum mutatus ab illo post peccatum? vbi tenebræ & caligo atque cæcitas in mente. omnia vitiosa, omnia molesta, nihil boni, ægritudines & ipsa denique mors, &c. Spinæ & tribuli, & separatio animæ à corpore, aulio coniugis vnus ab alio cum magno dolore. Et quis ista omnia enumerare possit?

Hoc omne prouenit à peccato. Quin igitur peccatum ex animo detestamur, & hoc agimus, ne regnet in mortali corpore, Rom. 6. v. 12. Hinc illa Pauli querela: Quis me liberabit? Rom. 7. v. 24. Et quia constat peccatum in nobis & in carne nostra hæcere, hoc sit nostrum studium p̄ncipalissimum, vt illud eijciatur, ne dominari possit.

Sicut qui hausit venenum, curat ocyus, vt id ex corpore expellatur. Qui scit ignem esse illatum adibus, non cessat, donec illum restinguat, &c.

Ita non cessandum, vsque dum coereatur peccatum. Huc pertinet, vt frænatur & in seruitutem redigatur caro peccatrix, 1. Cor 9. v. vlt.

Si vero peccatum inhærens angit pium hominem, soletur ipsum vicissim passio Christi, qui propter peccata nostra traditus est, Rom. 4. v. 25. Esa. 53. v. 4. & seq.

Et tanto magis desideremus mori, vt à peccatis liberemur, Rom. 6. v. 7. Qui mortuus, iustificatus est.

II. Neque vero obloquamur Deo, quasi is nobis faciat iniuriam imputando peccatum Adami, quod multi faciunt rationis ductum sequentes. Dicunt illi: Quid ad nos Adami peccatum? Filius non portabit iniquitatem patris, Ezech. 18. v. 20.

Nos enim peccatum nobis facimus proprium.

Ideoque non imputatur nobis alienum peccatum, sed

Tertio  
ius sylicet  
doque lura  
adicit Pau  
r nobis c  
im fructu  
ho: ita nos  
nus ferre f  
ualter, ho  
Cantium in  
lter nungat  
larissime re  
Quando  
e. loq  
nalem  
purgimus  
us cohort  
dare (Ch  
tatione)

I. Videm  
us non deb  
quid discam  
Hanc eni  
la proponi  
caudre de n  
taceat dep  
vici de vine  
tam. Esa. 5  
sic vbiq; b  
viden. Ideo  
Ier. 6. v. 6  
tr. i. i. mo ad  
II. Discam  
tano magis

Tertio. Sicut autem furculus non induit naturam arboris syluestris, sed contra arbor induit naturam furculi, adeoque furculus causa est, ut arbor ferat fructus bonos. Ita dicit Paulus, Christi mortem, quæ est furculus frugifer: nobis complantatam: ut sicut Christi mors, copiosum fructum fecit & expiato peccato restituit vitam mundo: ita nos etiam, postquam Christo insiti sumus, discamus ferre fructum, & moriamur atque resurgamus spiritualiter, hoc est, in nouitate vitæ ambulemus, postquam Christum in Baptismo induimus. Sicq; primum spiritualiter resurgamus à peccatis: ut post etiam corpus nostrum lætissimæ resurrectionis Christi particeps reddatur.

Quando enim Paulus hoc loco de morte, resurrectione, &c. loquitur, principaliter mortem & resurrectionem spirituales intelligit, ubi peccatis morimur, & à peccatis resurgimus in hac vita, & viuimus iustitiæ Argumenta huius cohortationis sumpta sunt, ex similitudine mortis & resurrectionis Christi: quæ nobis imitanda (sua quadam ratione) proponit.

### LOCI

I. Videmus, nos hortos, arbores, & similes Dei creaturas non debere frustra aspicere: sed ita ut semper illis aliquid discamus.

Hanc enim ob causam scriptura frequenter talia similia proponit. Ut hoc loco, furculus in arbore debet nos erudire de nostro Baptismo. Arbor sterilis excindenda moneat de penitentia, Luc. 13. v. 6. Et illud, Matt. 3. v. 10. Vitis & vinca suam etiam habent piam commonefactionem, Esa. 5. v. 2. Luc. 20. Matt. 20.

Sic vbiq; habemus nostros Doctores, si modo velimus erudiri. Ideo Christus ablegat ad volatilia cœli: filia agri, Matt. 6. v. 16. Et Prophetæ ablegant ad ciconiam, &c. Jer. 8. v. 7. Imo ad asinum, Esa. 1. v. 3.

II. Discamus sæpe considerare originem nostram, ut tanto magis grati simus, dum videmus, quanta beneficia

nos [ qui sumus a bor syluestris & sterilis, & vere oleaster ille, de quo Paulus, Rom. 11. v. 17. & 24 ] accipiamus à surculo: qui insititios nos facit & frugiferos, vt habeamus beneficio mortis Christi, remissionem peccatorum, vitam & salutem eternam.

Quia enim per Baptismum induimus Christum Gal. 3. v. 27. ipsi sic coniungimur, incorporamur & ita inserimur, vt veniamus in communionem & societatem omnium bonorum eius. Qui enim Christum filium donauit, omnia cum ipso donauit, Rom. 8. v. 32.

Quicquid igitur Christus habet, quicquid fecit, quicquid impetrauit, id omne ad nos pertinet. Ideoq; pro peccatis nostris passus, & ad iustificationem nostram resurrexit. Rom. 4. Animam suam dedit redemptionem pro nobis, Matth. 20. v. 28, Joh. 10. v. 15,

Hæc non tantum magnam consolationem adferunt: sed etiam admonitionem continent, vt grati simus.

III Huc pertinet id, quod Paulus dicit, Insititios nos factos similitudine mortis eius: sic scilicet, vt cum ipso nõ tantum viuere, sed pro ipso etiam atque cum ipso mori cupiamus. Præsertim hoc sensu, quem Paulus hoc loco vrget, vt peccatis moriamur, vt crucifigamus veterem hominem, vt non pariamur regnare peccatum, &c. Exemplum Pauli videt. Cor. 9. v. 27. & Gal. 6. v. 14. Vide enim Gal. 5. v. 24.

IV. LOCVS. De resurrectione nostra, quæ à Christi resurrectione dependet, I. Cor. 15. v. 20. potest dici. Si illa debet esse læta, moriendum primo peccato dum viuimus deinde etiam resurgendum à peccatis. Sic post pie mori & læti resurgere poterimus.

F I N I S.

T H E M A XL.

Rom. 6. v. 8.

Quod si mortui sumus cum Christo, credimus quod & viuemus cum illo.

DISPO.

## DISPOSITIO.

Paulus Phil. 3. v. 11. se hoc vnum cupere ait, vt fiat morti Christi conformis, quo sic etiam occurrat ei ad resurrectionem mortuorum. Idem vt de nobis omnib. fiat, Paulus hoc capite strenue agit; dum omnes Christianos adhortatur, vt cum Christo moriantur, sepeliantur, atq; in morte ipsi complantentur, atque cum ipso etiam resurgant. Vbi quidem notandum, hæc verba duplicem habere sensum, atque primum spiritualiter nobis moriendum atq; resurgendum, quod Paulus hic etiam principaliter vrget: deinde vero hæc eadem ad mortem quoque & resurrectionem corporalem posse transferri. Vtrunque enim cum Christo & in Christo fieri decet.

Nos autem ordine de vtroque audiemus, & audita ad vsum transferre studebimus.

## I. Pars.

Primum vult Paulus hoc loco, vt moriamur. Non autem loquitur de morte corporali: sed de tali morte vbi viuentes morimur. Alioquin non necesse erat exhortari nos vt moriamur: quia antiquum pactum est, *Du must sterben* (Syr. 14. v. 18.) velis nolis.

Itaq; Paulus vult nos mori spiritualiter. Hoc quid sit, ipse supra hoc cap. v. 2. explicat, quod sit *mori peccato*. Eadem phrasi Petrus vtitur, 1. Pet. 2. v. 24. vbi vult, vt peccatis mortui viuamus iustitiæ.

Deinde vero Paulus vult nos mori peccato, cum Christo. Hoc vero quid est? Anne Christus etiam peccatum habuit? minime. Quomodo ergo is mortuus est peccato? Resp. Mortuus est peccato nostro, non suo, cum ipse nullū habuerit. Esa. 53. v. 9. Et hoc nihil aliud est, quam id Rom. 4. v. 25. Pro iniquitatib. nostris datus est. Esa. 53. v. 4. Iniquitates nostras ipse tulit, & 1. Pet. 2. v. 24. iniquitates nostras in ligno obtulit.

Tertio. Addit Paulus, quodnam simus consequuturi præmium, si cum Christo moriamur peccatis. Credimus

quod & cum ipso viuemus, ait. Sicut enim Christus mortuus, excitatus est ad æternam vitam, vt amplius mori non possit: ita non tantum nos in hac vita resurgemus à peccatis. & in nouitate vitæ ambulabimus, si ipsi fuerimus commortui, Verbum etiam post hanc vitam, beneficio resurrectionis Christi, ad æternam & beatam vitam resurgemus.

**DISCIMVS,** Non tantum meditationem mortis corporalis esse necessariam: sed etiam spiritualis mortis. Nisi enim homo Christianus prius spiritualiter peccatis moriatur, pie mori corporaliter non potest. Hinc toties vrger scriptura mortificationem illam carnis, membrorum & veteris Adami, Rom. 8. v. 13. Coloss. 3. v. 5. Idem est quod de crucifixione carnis Paulus habet, Roman. 6. v. 6. Gal. 5. v. 24. & 6 v. 14.

Sicut enim mortuus homo non amplius peccat, ita regeneratus homo debet peccatis esse mortuus, & porro viuere iustitiæ, vt supra ex 1. Pet. 2 v. 24. dictum est. Non regnet in mortali corpore peccatum, Rom. 6. v. 12. Tu dominaberis peccato, Gen. 4. v. 7. Frænanda & in seruitutem redigenda est caro, 1. Cor. 9. v. 27.

Sicut autem mors dolorem habet: ita etiam hæc mortificatio. Est temp. *Hilf ich vud Blut sawer an.*

At vincendum consideratione amplissimi præmii, quod propositum est: resurrectionis scilicet & vitæ, quam Christus restituet, &c.

## II. Pars.

Vidimus, quomodo cum Christo moriendum spiritualiter. Nunc etiam, quomodo corporaliter morituri, cum Christo mori debeant, videbimus: vt cum ipso etiam læti aliquando resurgant.

Primum autem cum Christo mori, est mori pie atque cum inuocatione nominis Christi, in vera fide, quod propter ipsius meritum peccata sint nobis remissa, & ideo secunda mors nihil iuris in nos habet.

Dein-

Deinde mori cum Christo, est sic mori, sicut Christus mortuus est: non quidem quantum attinet genus supplicij, quod pro nobis pertulit, sed ratione imitationis, ut sequamur illius vestigia, 1. Pet. 2. v. 2. Hac scilicet ratione.

1. Ut placide & lubenti animo moriamur. Sicut ipse lubens reliquit vitam Joh. 1. v. 18.

Sic Simeon cupit dimitti, Luc. 2. v. 29. & Paulus dissolui, cum Domino visum fuerit, Phil. 1. v. 23.

2. Ut ante mortem ignoscamus inimicis, sicut Christus orauit pro crucifixoribus, Esa. 53. v. 12. Luc. 23. v. 34. Reconciliare, dum *in via es*. Matt. 5. v. 15.

Id fecit Stephanus, Act. 7. v. 60.  
3. Ut patri cœlesti commendemus spiritum nostrum. Exemplo Christi, Luc. 23. v. 46. Dauidis, Psal. 31. v. 6. Stephani, Act. 7. v. 59.

Tertio, cum Christo mori, est propter Christi nomen relinquere vitam: si ita ferat necessitas. Non ut cum Petro tantum promittamus Christo hoc, Matt. 26. v. 35. at post negemus: sed ut constantes in confessione maneamus: ut Stephanus, & Petrus post acceptum spiritum sanctū, &c.

Qui sic moriuntur cum Christo, (quocumque modo id requirat Deus) illi certi esse possunt & debent, quod cum Christo sint resurrecturi ad vitam æternam.

Hinc id: Beati qui in Domino moriuntur, Apoc. 14. v. 13. Et, qui amiserit vitam, inueniet eam, Matt. 16. v. 26. Luc. 18. v. 30.

Vsvs huius loci ex prædictis per se manifestus est: Quæ sit ars bene moriendi, hæc sc. si cum Christo moriamur.

Illud etiam facit lætam resurrectionem cum eodem.

F I N I S.

T H E M A X L I .

Rom. 6.

Stipendium peccati mors est; Donum autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Ll 4

DISPO-

## DISPOSITIO.

Ut brevis est hæc Pauli sententiola, ita est nervosissima; quæ tantum doctrinæ in se continet, ut præter illam nihil nobis sit necessarium, Hic enim vnus scopus præfixus est homini Christiano, ut hoc agat, quo effugiat mortem æternam, & particeps fiat vitæ æternæ.

Erunt itaque ex præsententi dicto duo tractanda:

1. Quid mortem æternam adferat.
2. Quomodo vita æterna acquiratur.

## I. Pars.

Primo notandum, hic per mortem non intelligi tantum mortem primam & corporalem sed etiam secundam [ut vocatur, Apoc. 21. v. 8.] quæ est æterna Hæc enim hoc loco opponuntur; Vita æterna & mors æterna.

Deinde notandum, vnde mors sit. A Deo certe non est, teste Sap. 1. v. 13. & 2. v. 23.

Dicitur enim Deus & vere est amator vitæ, Sap. 11. v. 27. & delectetur vita, Pl. 30. v. 6. non morte morientis, Ezech 18 v. 23. & 33. v. 11.

Ideoque ad vitam æternam creauit hominem, Sap. 2. v. 23. Et quos maxime corporali morti subiecit, illos tamen ab æterna morte præseruare cupit. At multi sibi ipsi hanc mortem volentes accersunt.

Tertio. Non enim volunt intelligere multi, quam dira sit mors æterna. Cum tamen audiant, quod sit cruciatus, Luc. 16. v. 24. lacus ardens, Apoc. 20. v. 10. & 21. v. 8. Ignis & vermis. Esa. 66. v. 24. Ignominia, Dan. 12. v. 2.

Tantoque grauior, quod æterna. Nulla redemptio, Pal. 49. vers 9. Hiatus, Luc. 16. vers 26. Mors fugiet ab eis, Apoc. 9. v. 6.

Quarto. Quomodo igitur homines rei sunt mortis huius? Wie kommen sie dahin.

Per peccatum. Stipendium enim hoc est peccati. Hæc merces debetur peccatis.

Sic enim inter Deum & Adamum conuenit, Genes. 2.

v. 17.

v. 17. Quacunque die comederis, &c. morte morieris. Non igitur mors tantum corporalis, sed & æterna debetur peccatoribus.

Quinto. Quæ sunt autem peccata illa, quæ mortem afferunt? Omnia peccata sua natura sunt mortalia, id est, morte digna, propter inobedientiam. Nam *η ἀπειρία ἐστὶν ἡ ἀνομία*, i. Joan. 3. v. 4. Ex Decalogo autem patet, quæ maxime Deo aduersentur. Patet etiam id ex recensione operum carnis, Gal. 5. v. 19. & 1. Cor. 6. v. 10. Summa, Tota scriptura inculcat nobis, quid damnationem adferat. **Vt vere in nos illud possit dici: Dicitum est tibi ὁ homo: Mich. 6. v. 8. & Deut. 30. v. 11.**

Vs vs igitur huius loci est, vt si velimus euitare mortem & damnationem æternam, caueamus etiam à peccatis maxime his, quæ pugnant contra conscientiam: vel, vt habet Apostolus, contra animam militant, 1. Pet. 2. v. 11.

1. Nec dicendum aut cogitandum, sæpius peccaui, nihil mihi accidit, Syr. 5. v. 4. Tarditas enim grauitate compensabitur. An nescis, quod bopitas illa Dei te inuitat ad penitentiam Rom. 2.

2. Nec cogitandum si maxime peccaui, & propterea damnandus fuero, tamen illa pœna demum post aliquot annorum centurias super me veniet. Hoc enim securus facit, quod non statim iudicium fertur, Ecc. 8. v. 11. Nescitis, quando venturus sit Matth. 24. v. 42.

3. Et præterea à temporali morte fiet progressus ad æternam. Id sentiet anima tua.

Syr. 11. v. 29. Cum moritur, experitur quomodo vixerit. Sic ut ceciderit arbor, Ecc. 11. v. 3. Epulo postquam sepultus est, mox in inferno est, Luc. 16.

4. Interdum statuit Deus exempla eorum, qui in peccatis sunt mortui. *Die sind gar warm gefahrē.* Ahab, Isebel, Saul, Ahitophel, Judas, Herodes. Et in primis Zambri & Casbi, Num. 25. v. 8. Belfazer, Dan. 5. v. 30. Core, Dathan. Num. 16. v. 33.

Tu itaque horum exemplo discas sapere. Nullam enim

habebis excusationem. Proposita enim tibi sunt vita & mors Deut. 30. vers 15. Quare moriemini domus Israel, Ezech. 18. v. 31. Ex te perditio. Hof. 13. v. 9 Satis concionū, Esa. 32. v. 20 Tu noluisti, Matt. 23. v. 37. Nolebant me, Zach. 11. v. 8. Ergo ridebit Deus tū in interitu, Prou. 1. v. 26.

## II. Pars.

Audiemus, Mortem æternam esse meritum, stipendium, & mercedem debitam peccatis.

1. Quid autem est vita æterna? *Donum Dei* est. Atque merere gratuitum donum, Ephes. 2. v. 8. & 9. Rom. 11. v. 6.

Notanda hęc verba Chrysofomi, super hunc locum: Paulus non seruat oppositorum ordinem. Non enim dicit: Merces benefactorum vestrorū vita æterna: vt ostenderet, quod non proprijs viribus liberati sint, neque debitum aut merces aut laborum sit retributio: sed omnia illa ex diuino munere gratuito acceperint. Hęc ille.

Quæ autem est ratio diuersitatis, quod non sicut debitum peccatorum est mors æterna: ita meritum operum vita æterna? Resp. Quia peccata sunt perfecte mala: opera autem nunquam perfecte bona: sed pannus menstruatæ iustitiæ nostræ, Esa. 64. Ideoque donum est vita æterna.

2. Vnde illud donum? A Christo Jesu Domino nostro. Hic nobis morte impetrauit vitam. De hoc sonant illa, 2. Tim. 1. v. 10. Rom. 5. v. 10. Hinc Dux vitæ dicitur, Actor. 3. v. 15.

3. Quibus confertur istud donum? Credentibus. Juxta illa, Joan. 3. v. 16. & 18. Marc. 16. v. 16. Joan. 6. v. 40. 47. 2. Tim. 1. v. 16. Gal. 2. v. 15

Non igitur moueat nos, quod aliquando dici videtur *merces*. Quod enim dicitur, Matt. 5. v. 12. & Luc. 6. v. 23 Merces copiosa in cœlis erit: notandum, quod non dicatur, cœlum fore mercedem ipsorum: sed mercedem in cœlis, magnam fore. Quod Matt. 20. v. 8. dicitur de mercede laborantium in vinea, similitudo est.

Præ-

Præterea quæ  
licet, vitæ  
nram, sicut  
sen. 15. v. 1. E  
At nobis est  
in Verbu eod  
L. Vsvsh  
erna donum  
ere nostris,  
mus, quia ser  
Christum D  
11. Erraci  
minas de Am

Nihil d  
non secunde

Non est  
piscare, q  
Paulus nob  
in Romano  
illi enim ip  
adigare dil  
Quinam n  
ignoscia ca

Omnes h  
conat ex ca  
etc.

In carne a

THEMA XLII. EX NOVO TEST. 539

Præterea quod dicitur merces, Apoc. 12. v. 18. & alibi, sciendum, vitam æternam esse quidem *mercedem*, at non *nostram*, sed Christi. Is promeruit nobis hanc. Deus de se, Gen. 15. v. 1. *Ego merces tua.*

At nobis est *hereditas*, Matth. 25. v. 34. *Et parata ab initio.* Versu eodem ibidem. Ergo non meritum operum.

I. Vvs huius loci est, magna consolatio, quod vita æterna donum est, quod non necesse est nos meritis acquirere nostris, (sic enim nunquam de illa certi esse possemus, quia serui inutiles sumus, Luc. 17. v. 10.) partum per Christum Dominum nostrum.

II. Erraritaq; Concil. Trid. Sess. 6. Can. 3. 2. Et Bellarminus de Amis. gratiæ lib. 6. cap. 16. Tom. 3. col. 501.

F I N I S.

THEMA XLII.

Rom. 8. v. 4.

*Nihil damnationis his qui in Christo Iesu sunt: qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant.*

D I S P O S I T I O.

Non est dubium, quin nemo sit inter nos, qui non cupiat scire, quinam homines certo sint saluandi. Hoc vero Paulus nobis verbis prælestis egregie ostendit, dum erudit Romanos, in quibus hominib. nihil sit damnationis. Illi enim ipsi sunt quos certo saluari constat, hoc vero inuestigare diligentius operæ erit Pretium. Dicemus igitur 1. Quinam non sint damnandi. 2. Quomodo illi possint dignosci à cæteris. *Warbey man sie möge erkennen.*

I. Pars.

Omnes homines, etiam electos carnem circumferre, constat ex capite præcedenti septimo ad Romanos. v. 18. & c.

In carne autem non habitare bonum, patet ibidem. Et sic

fic ex æquo omnes esse peccatores, atque destitui gloriæ Dei, ex Rom 3. v. 17, constat.

Et in hoc nulla est distinctio. Ibid. v. cod. Omnes sub peccatum conclusit, Gal. 3. v. 22.

In hoc autem maxima est differentia, quod alij manent in carne & cum carne sua damnantur: quia non sunt vere regenerati. De illis dicitur, quicquid ex carne natum est, caro est, Joan. 3. v. 6. In his manet damnatio. In alijs vero restatur Paulus nihil esse damnationis. Qui nihil damnationis in se habent hi certe saluandi sunt. Quinam autem sunt illi? *Qui in Christo Iesu sunt*: in illis non locum habet damnatio.

Verba sunt probe ponderanda.

1. Dicit, nullam condemnationem esse quibusdam hominibus. Vbi notandum, quod non ait, nullum in illis esse peccatum. Sumus enim natura omnes peccatores, & ex eadem massa. At nullam *damnationem* esse ait, Manet quidem in renatis peccatum: at reatus & damnatio tollitur.

2. Deinde ait, *N V N C* nulla damnatio, scilicet post regenerationem. Ergo fuit antea, scilicet antequam regenerarentur, in illis damnatio.

3: Tertio: ne de omnibus videretur loqui indifferenter, manifeste ostendit, in his nullam esse damnationem, qui sunt insiti Jesu Christo, vt scilicet cum Christo sint vna caro: os de ossibus eius, & caro de carne eius. Hi quia in Christo sunt, non possunt damnari, sicut nec Christus damnari potest: apud eum enim est remissio peccatorum, iustitia & salus, Psal. 130. v. 7. I. Cor. 1. v. 30. Beati quorum remissæ, Psal. 32. v. 1.

*D I S C I M V S*, si certi velimus esse de nostra salute, hoc vnum agendum, vt simus in Christo.

1. Inferimur autem Christo primò per Baptismum. Quicumque baptizati estis, Christum induistis, Galat. 3. vers 27.

2. At quia fidem datam in Baptismo postea sæpe frangimus

in ueritate  
fitem, qui  
redire, Ma  
tel 9.

3. Inferimur

frangimus,  
Joan. 6. v. 66.

Postquam  
nus. Qui ve

Hoc autem

Quia extra

fructu ipso,

plio, nihil la

in uobis, Jo

nes manife

legantur.

Qui autem

re Christi,

In his e

cto, vt ce

missionem

claus in trin

Rom. 8. v. 1.

Jam vero

quod in e

tendit, quo

correcit: si

dam carum

spiciendum.

Secundum

certis & fac

uere, vt r

de hac phra

Vicissim t

gimus rursus inferi possumus Christo per pœnitentiam, & fidem, quæ pars pœnitentiæ est. Pœnitentiam agite & credite, Marc. 1. Per fidem corda purificantur, Act. 15. vers. 9.

3. Inferimur etiam Christo in cœna. Quia panis, quem frangimus, *est* corporis Christi, 1. Cor. 10. vers. 16. Joan. 6. v. 56.

Possumus etiam ipsi rursus inferi, si aliquando excidimus. Qui venerit, cum non eiciam foras, Joh. 6. v. 17.

Hoc autem opus, hic labor est, ut in Christo *maneamus*. Quia extra ipsum nulla salus Act. 4. v. 12. & sicut his, qui sunt in ipso, nihil damnationis est: ira his, qui sunt sine ipso, nihil salutis. Ideoque Christus: Manete in me & ego in vobis, Joann. 14. vers. 25. & Joann. 15. vers. 4. nisi palmes manserit in vite, & ibidem vers. 5. 6. 7. plura de hoc leguntur.

Qui autem in Christo vult manere, maneat in sermone Christi, Joan. 8. v. 31.

In his etiam Christus manebit sua gratia & Spiritu sancto, ut certi sint de salute sua: quia in Christo habent remissionem peccatorum, Act. 10. v. 43. De hoc Spiritu sanctus intrinsecus certificabit ipsos etiam in agone mortis, Rom. 8. v. 16. & 26.

## II. Pars.

Jam vero, ne quis semetipsum decipiat *vana* persuasione, quod in Christo sit, Paulus porro verbis paucissimis ostendit, quo pacto dignosci possint hi, qui in Christo sunt, à cæteris: si scilicet, *quod secundum spiritum & non secundum carnem ambulant*. Hoc quid sit in scripturis, est discipendum.

Secundum carnem ambulare, est obedire affectibus carnis, & facere opera carnis, de quibus Gal 5. v. 19 & permittere, ut regnet caro in mortali corpore, Rom. 6. v. 12. de hac phrasi Rom. 8. 1. Cor. 10.

Vicissim secundum spiritum ambulare, est ductum Spiritus

ritus sancti (qui est in renatis) sequi, & fructus spiritus facere, de quibus Gal. 5. v. 22. atque mediante Spiritu sancti gratia in nouitate vitæ ambulare. Vidē de hac phrasi Roman. 7. v. 6. & 8. v. 14. &c. Hæc erit nota perpetua eorum in quibus nihil damnationis.

DISCIMVS. I. Non impossibile esse homini Christiano, renato, mediante Spiritu sancti gratia, sic viuere, vt nihil damnationis metuere debeat.

Non enim requiritur, vt exuamus carnem, quod est in hac vita impossibile, sed tantum vt non secundum carnem viuamus. Aliud est in carne viuere, & aliud *secundum carnem* viuere. Sicut aliud est habere pecuniam, & viuere secundum pecuniam, hoc est, permittere, vt pecunia dominetur possessori.

Ideoquē iubemur carnem mortificare, in seruitutem redigere. Spiritu facta carnis mortificare, &c. Coloss. 3. v. 5. 1. Cor. 9. vers. 27. Rom. 8. v. 13. Qui sic viuunt, sciunt se saluandos.

II. Hinc patet, quam multi seipso decipiant, existimantes se in Christo esse, cum absint ab eo longissimè, 2. Tim. 3. v. 5. Tit. 1. v. 16. Facile autem seipsum poterit homo probare, an sit in numero saluandorum. Hinc id, probet seipsum, 1. Cor. 11. v. 28. Probate an sitis in fide, 2. Cor. 13. v. 5. & nemo decipiat seipsum *φλαυσι*, 2. Tim. 3. v. 5. singulis ergo diebus tale examen instituendum. Et si deprehendis, te die præterita ambulasse secundum carnem, & peccasse, ira, odio, blasphemia, ebrietate, &c. adeoq; non esse in Christo, cura sedulo vt redeas ad ipsam & extra ipsum non inueniaris.

F I N I S.

THEMA XLIII.

Rom. 8. v. 11.

Quod si Spiritus excitantis Iesum à mortuis habitas in vobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabis

*bit & mortalia corpora vestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in vobis.*

DISPOSITIO.

In hoc capite Paulus docet, necessarium esse, vt Spiritus sanctus habitet in homine Christiano, hanc addens rationem: Qui spiritum Christi non habet, non est eius. Post vero ostendit, quæ sint operationes Spiritus sancti in homine. Inter alias autem operationes non minima est, viuificatio non tantum spiritualis, qua homo in peccatis mortuus viuificatur ad bene agendum: Verum etiam viuificatio corporum mortalium in resurrectione beatorum.

De posteriori sonant verba Pauli prælecta, ex quibus docebimus, quomodo dicatur Spiritus sanctus inhabitare in hominibus, & in quibus habitare velit.

2. Quis ex illa in habitatione fructus redeat ad pios.

I. Pars.

Non rara est apud Apostolos illa, de Spiritus sancti in habitatione, doctrina: præsertim apud Paulum: non hoc tantum loco sed & v. 9. precedenti: & 1. Cor. 3. v. 16. 2. Tim. 1. v. 14. Jac. 4. v. 5.

Hoc autem habitare, nihil aliud est, quam si dicatur, Spiritum sanctum in homine potenter regnare, & operari bona.

Sicut eodem sensu etiam dicitur Christus habitare in cordibus nostris per fidem, Eph. 3. v. 17. sic verbum Christi in nobis habitare debet abundanter, Col. 3. v. 16.

Ita vicissim dicitur habitare peccatum in his, in quibus se exerit, & suas operationes habere cupit, Rom. 7. v. 17. & 8. habitat in me peccatum. Sic etiam spiritus mali dicitur habitare in his, quorum corda occuparunt, Luc. 11. v. 26. Qui enim habitat in domo, ibi suum exercet dominium, & operatur pro suo arbitrio, tanquam in ea habitatione, quæ ipsius propria est.

Ita in cordibus hominum, tanquam in templis, habi-  
tare

tate dicitur Spiritus sanctus, 1. Cor. 3. v. 16. & 6. v. 19. & 2. Cor. 6. v. 16.

Habitare autem vult in pijs, & qui templum id custodiunt mundum & purum seruant, 1. Cor. 3. v. 17. Est enim sanctus Spiritus. Ideoque dicitur perturbari turpiloquijs, &c. Eph. 4. v. 30. Et scortatione, 1. Cor. 6. v. 19.

Templa alioquin debent seruari munda. Ita & hęc. Explica latius.

Vfus huius loci erit is, vt demus operam, ne habitatio cordis nostri pateat Diabolo, Luc. 11. v. 24. quia ille postea ducit ab vna iniquitate ad aliam; sed Spiritui sancto. Nunquam enim habitatio vacua erit. Aut bonus aut malus spiritus inhabitabit. Recedente Spiritu sancto mox intrat malignus.

Pater exemplo Saulis, 1. Sam. 16. v. 14.

Rogandus itaq; Dominus pro gratiosa inhabitazione Spiritus sancti. Quia qui spiritum Christi non habet, non est eius, Rom. 8. v. 9.

## II. Pars.

Dictum est Spiritum sanctum inhabitantem in homine, habere suas operationes in illo. Quid igitur in ipso operatur? aut quę utilitas ex inhabitazione illa prouenit? Magna sane, imo maxima.

1. Et enim cum Spiritus sanctus sit, sancta in illo operatur. Fructus spiritus qui sunt, clare patet ex Gal. 5. v. 22. Hęc in homine operatur.

2. Quia spiritus precum dicitur, Zach. 12. v. 10. docet hominem orare. Imo is preces ita informat, vt Deo placeant, Rom. 8. v. 26.

3. Quia spiritus gratię, Zach. 12. v. 10. Certificat nos de remissione peccatorum, & adoptione nostra. De hoc egregie Paulus Rom. 8. v. 16 & 26. Itaque dicitur artha & pignus hereditatis, Sumus enim illo obfignati, Eph. 1. v. 14. & 4. v. 30.

4. At præter hæc omnia, aliam quoque ex inhabitazione

neque plus ad  
a iaber, hat  
sensane, qui  
cum mortali  
pates sui.

Emphasin

1. Dicitur

Christum ex

plissimus ref

2. Proprie

facti fuerim

3. Neque ver

uocabulo oia

ps & imp ijs

no v iusficat

theabonru

4. Mort

legulans c

1. Cor. 5. v

le, in corrup

I. Dis c

qui fecit op

uisionis & r

erisq; enim

semper conit

uch. vi. v.

minum, pñi

Neque erit

um Patris &

terrici deli

ius & semp

uoz & ma

dy in nob

II. Derefi

pollant, prop

III. Paten

tionem ipsius ad nos redituram maximam utilitatem Paulus habet, hanc scilicet si in vobis habitat Spiritus sanctus, Deus sanctorum, qui Christum excitavit à mortuis, vivificabit etiam mortalia vestra corpora, propter inhabitationem spiritus sui.

Emphasis habent hæc Pauli verba.

1. Dicit: Deum nos resuscitaturum. Qui etiam Christum excitaverit ex mortuis. Cum alioquin non possumus resurgere, nisi Deo excitante.

2. Propterea resuscitaturum, quod templa Spiritus sancti fuerint corpora piorum.

3. Neque vero tantum vocabulo resuscitationis utitur, sed vocabulo *viuificationis*. Nam resuscitatio communis erit pijs & impijs. Hi vero ad mortem æternam resurgent, & non *viuificabuntur* ad vitam beatam. Pij autem verè viuificabuntur, ut cum Deo perpetuo viuant.

4. *Mortalia vestra corpora*, inquit, viuificabit, quod singularis consolationis causa addit: eodem sensu, quo I. Cor. 15. v. 54. mortale dicitur resurrectorum immortale, incorruptibile, &c.

**I. DISCVS**, Quam necessarius sit Spiritus sanctus, qui sicut opus creationis adiuit: ita etiam opus restorationis & resuscitationis cum patre & filio iuuabit: cum utroque enim eiusdem est essentia. Ideo cum Patre & Filio semper coniungitur, in Baptismo, Matth. 28. v. 19 & 2 Corinth. vlt. v. 13. Nec potest quisquam Jesum vocare Dominum, nisi ex Spiritu sancto, I. Cor. 12. v. 3.

Neque existimandum, Spiritum S. esse famulum & seruum Patris & Filij, atque longe inferiori loco habitum (ut hæretici delirant, & adhuc nonnulli sentiunt, quia Spiritus S. semper ultimo loco ponitur) sed eiusdem est potentia & maiestatis. Igitur cum Patre & Filio iuocandus, ut in nobis habitet, & salutem nostram procuret.

II. De resurrectione & viuificatione pij certissimi esse possunt, propter inhabitantem Spiritum sanctum, &c.

III. Patienter feramus quod corpus mortale est & cor-

M m rumpi

rumpitur. Quia viuificabitur & resurget *ἀφθαρτος*, 1. Cor. 15. Nec quicquam nocere poterit hæc *φθορά*, quam hic cogimur experiri. Sic enim peccatum vna corrumpi necesse est, &c.

FINIS.

## THEMA XLIV.

Rom. 8. v. 14.

Quicumque spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba pater. Idem spiritus testatur vna cum spiritu nostro, quod simus filii Dei. Quod si filii igitur & heredes. Heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Siquidem cum illo patimur, vt vna cum illo glorificemur.

## DISPOSITIO.

Non est inter omnes qui orare possunt, qui non velint audire, & haberi filius Dei. Omnes volunt orare: *Pater noster*. Atqui certissimum est, plurimos seipos decipere? Iudæis enim Christus negat patrem esse Deū. Ex patre Diabolo estis, Joh. 8. v. 44. Et metus est ne de multis aliis idem fuerit dicturus. Hoc sciens Paulus egregie hoc loco monet, ne quis seipsum decipiat, ne erret.

Primo enim Romanos docet, quinam sunt filii Dei, vt ex contratio pateat, qui non sint.

Deinde maxima filiorum Dei priuilegia recenset.

## I. Pars.

Verba Pauli ita se habent: Quicumque spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Vbi notandum, duos esse, qui à nobis exigant debitum, alter est caro, alter spiritus, cui autem ex his

deobus o  
pitiui?  
scum Paulu  
natur a spi  
ritus, non  
nos illos m  
At mortiu  
Eterna mor  
naat.

Sed quid f  
est: tam po  
opera carnis  
man. 6. r. 1.  
reficiat suar  
prens. Gal  
Vrs. Insi  
modi instali  
leon mort  
tritas sancti  
enim is ad  
finit peccar  
non habet  
stem, qui  
sua opera c  
iposest, &  
Dei. Probet  
in gratia Dei

Notandum  
tem adulteri  
hædum, &  
tam simili l  
cipiant, vsq  
finit, ita D  
egregios Spi  
ritum non e  
tali adhae

his duobus obtemperandum censet Paulus? carni ne an spiritui? Equidem caro etiam non videretur negligenda. Verum Paulus suadet hic filijs Dei, vt regi & duci se patiantur à spiritu, non à carne, vt pote qui debiores sunt spiritus, non carnis, cui si volunt præstare obsequium, mors illos manet.

At moriuntur etiam qui spiritu sancto reguntur? Resp. Æterna morte pereunt Carnales. Nam opera carnis damnant.

Sed quid faciant filij Dei, cum carnem circumferant, nec etiam possint exuere? Respondet Paulus: mortificat opera carnis spiritu, vt viuant. Non regnat peccatum, Roman. 6. v. 11. Domatur caro, 1. Cor. 9. v. 27. crucifigitur ne faciat suam voluntatem. Sicq; semper spiritui sancto parent, Gal 5. v. 24.

Vsqs. Insignis est hæc nota, & *τεκμήριον* filiorum Dei, quod infallibile est, nimirum, si quis opera carnis perficit, si non mortificauit prauas concupiscentias, certe de Spiritu sancti ductu, & regimine gloriari non potest, ducit enim is ad veritatem, teste ipso Christo, Joh. 16. v. 13, nec sinit peccare ad mortem; Qui autem spiritum sanctum non habet, is non est Christi, Rom. 8. v. 10. E contrario autem, qui cum Paulo carnem domat, crucifigit, mortificat opera carnis, ille de præsentia spiritus sancti gloriari potest, & pro certo habere, se esse ex numero filiorum Dei. Probet ergo quiuis seipsum, vt rum in fide sit, vt rum in gratia Dei sit, 2. Cor. 17. v. 5.

Notandum hoc contra Calvinianos, qui dicunt Dauidem adulterio pollutum retinuisse nihilominus spiritum sanctum, & hanc suam epicuream & pestilentem sententiam simili longe turpissimo declarant: sicut enim ebrius, inquit, vsum quidem rationis, non rationem ipsam amittit; ita Dauidem pollutum adulterio, motu quidem egregio spiritus non sensisse, ipsum tamen spiritum S. antequam non excussisse garrunt. Et quidē in hac sententia multi adhuc sunt securi homines, qui sibi ipsi persuadēt,

M m 2

nihil-

nihilominus hominem esse Filium Dei, si maxime scele-  
rate interdum agat: At bene notanda est hæc Pauli maxi-  
ma, Filii Dei sunt qui aguntur spiritu. Nemo se decipiat.  
Non omnis qui dixerit: Domine, Matt. 7. ver. 21. Nonne  
filius patrem honorabit; Mal. 1. v. 6. Esa. 1. v. 3. Filios e-  
nutriui &c. Sed ô perditam sobolem. Si ergo hætenus re-  
rexit caro, resignare debes, imò omnino fugere, & auer-  
sari illius ductum.

Si enim maxime iucundius tibi videatur illius regimen  
tamen ducit ad mortem: non habet talis partem in regno  
Dei, quemadmodum ea de re comminationes & pœnæ  
diuine satis assidue contestantur, Rom. 8. v. 13. 1. Cor. 6. v.  
9. Gal. 5. v. 22. Eph. 5. v. 5. Col. 3. v. 5.

## II. Pars.

Maxima ergo sit cura nobis, vt simus Filii Dei. Tanta e-  
nim & talia sunt priuilegia, quæ vix assequi possumus.

1. Filii Dei non debent Deum timere tanquam vltorẽ,  
inimicum, sed possunt illum compellere patrẽ. *Abba pater*  
Rom. 8. v. 15. cum e contra ii, qui à carne ducuntur, tan-  
quam carnificem Deum refugere cogantur.

2. In tentationibus solatium habent. Nam spiritus in-  
trinsecus testificatur de nostra adoptione.

3. Et certam habent hæreditatem vitæ æternæ propter  
Christum: nec tantum hæreditatem paratam habent, sed  
gloriam magnam: hæc vna conditione obseruata: si com-  
patiantur hic breui tempore.

Vsvs. Videbimus quanta sit filiorum Dei prærogatiua  
qua tota impiorum cohors Diaboli proles carere & desti-  
tuti cogitur.

1. Impii non audent orare: Abba pater, sed Deum sem-  
per timeant vt tyrannum, fugiunt à facie illius, vt Adam ter-  
rentur semper: sciunt ipsi dictum: *Non audiam vos.* At-  
tollitis manus crucientis, Esa. 1. v. 15. videbo in interitu,  
Prou. 1. v. 26. absumentur à terrore, Psal. 73. v. 19.

2. Quia in morte non habent consolationem: Spiri-  
tus

tus sanctus non testificatur de ipsorum adoptione, sed Diabolus terret eos, sciunt se iam esse damnatos; Ideo desperant, quemadmodum Cain, Saul, Judas, Spiera.

1. Nec habent spem vllam post mortem. Quia abite dicetur. Regnum cum Diabolo hæreditabunt, Matth. 25. v. 4. perpetua infamia, Esa. 66. v. ult.

At filij Dei consolationem summam habent. 1. In omni vita sunt intrepidi: quia sciunt nihil damnationis esse his, Rom. 8. v. 1. Spe iam salui facti sumus, Rom. 8. v. 24.

Si mala accidunt orare audeat ad Deum, sciunt enim se audiri, Esa. 65. v. 1. quia voluntatem timentium se facit, Psal. 145. v. 19. sciunt omnia in bonum, Rom. 8. v. 28.

2. In morte sunt bono animo. Spiritus S. intrinsecus eos solatur. Quis enim accusabit? Rom. 8. v. 33 nemo rapier. Joh. 10. v. 28. Hinc tam intrepidi sunt, non timebo mala, Psal. 23. v. 4. Cupio dissolui, Philip. 1. v. 23. Scio quod redemptor, Job. 19. v. 25. Nunc dimittis, Luc. 2. v. 29. Vnde Stephanus: Video cælum apertum, Act. 7. v. 36.

3. Post hanc vitam amplissimam habent paratam ab initio hæreditatem, Matth. 25. v. 34. cum Christo erunt hæredes. Imo magna gloria ornabuntur, quoniam corpora glorificabuntur, Deo similes erunt, Philip. 3. v. 21. Summa oculus non vidit, Esa. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9. delectationes in dextra tua vsq; ad finem, Psal. 16. v. 11. &c.

Agite ergo charissimi demus operam, vt filij Dei repერიamur Magnum est esse filium Regis, Principis: at id non durat vltra 70. annos, & semper habet etiam sua onera. Nihil enim ex omni parte beatum: Sed Filius Dei maiorem habet gloriam, caniq; æternam. Incomparabile ergo maius beneficium, quam id terrenum. Rogemus itaque ex Psal. 51. v. 13. Spiritus sanctus tuus, &c. & si vult regere, ipsi parendum ne contristerur. Pati etiam aliquid nobis non sit graue: sine hac enim conditione Deo non visam est nos coronare. Vide Jac. 1. 12. 2. Tim. 2. v. 5.

F I N I S.

Mm 3

THE

## THEMA XLV.

Rom. 8. v. 18.

*Non reputo pares esse afflictiones presentis temporis ad gloriam quæ reuelabitur erga nos.*

DISPOSITIONEM huius Thematis vide supra in I. parte Promptuarii Classe V. Num. 2 1. pag. 391.

*At quæ sequuntur in hoc capite 8. ad Romanos, sic habent.*

DE VANITATE CUI CREATURÆ  
subiacent & ingemiscunt.

*Sollicita creatura expectatio expectat, ut palam fiant filii Dei. Quippe vanitati subiacet creatura, non volens sed propter eum, qui subiecit illam sub spe, & cætera quæ sequuntur vsque ad versum 23.*

## DISPOSITIO.

Caput Pauli octauum ad Romanos, abundat variis consolationibus, quibus Apostolus erigit animos piorum, ut patienter ferant tribulationes. Inter alia vero verba prælecta tale habent argumentum consolationis, quo non pii solum homines affligantur in hac lachrimarum valle, sed etiam simul cum piis patienter & ingemiscant omnes quoque creaturæ irracionales. Igitur patienter ferenda omnia.

Occurrunt autem hoc loco tres quæstiones admodum elegantes & scitu peritiles.

1. Quæ sit illa vanitas cui subiacent creaturæ, præter suam voluntatem.
2. Quomodo creaturæ ingemiscant & liberationem expectent.

3. Quæ

3. Qua ratione & quando creaturæ sint liberandæ.  
De his ordine breuiter aliquid dicendum.

I. *Questio.*

Verba Pauli ita habent: vanitati creatura subiecta est non volens, &c. Quæ hæc est vanitas? Respon. Creauerat Deus ante lapsum hominis omnia, & erant valde bona, Gen. 1. v. vlt. Quemadmodum etiam homo bonus & integer erat, rectus creatus, Eccl. 7. v. 30. Hoc bonum executæ fuissent omnes creaturæ, siue animatæ, siue inanimæ: animantia paruissent homini, quemadmodum Adam obedientiam præstiterunt: non fuissent Eclipses, fulmina, tempestates, aeris infectio. Summa perfectio omnium rerum. Maria & omnes aquæ non prætergressæ fuissent terminum suum, Job. 26. v. 10. terra non protulisset zizaniam. Hæc fuisset integritas creaturarum.

1. Atqui quemadmodum homines propter peccatum illa felicitate exciderunt: Ita etiam propter peccatum vanitas & corruptio venit super creaturas. Hinc tempestates, fulmina, cæli in clementia, aeris in temperies. Ignis enim, grando, nix & glacies, &c. 148. Psalm. v. 8. mittit crystallum, 147. Psalm. v. 17. hinc terræ sterilitas, maledicta terra in opere tuo, Gen. 3. v. 17. hinc omnia terræ nascentia vigorem suum amiserunt: in primis post diluuium omnia sunt perdita & deteriora reddita.

Dicitur circa Sodomam poma crescere & cineribus plena, qui tamen locus antea erat paradysus. Vide Josephum, lib. 5. Antiquit. cap. 5. Ita omnes creaturæ, de statu quasi suo deiectæ & dimotæ corruptionem sentire coguntur propter nos, & peccata nostra.

2. Deinde hæc in parte etiam subiacent vanitati, quod coguntur inseruire hominibus impijs, & illorum abusus iam post lapsum, cum tamen creatæ sint ad seruiendū hominib. pijs & iustis. Soliam lucere cogitur tam impijs & pijs, cum tamen mallet suos oculos ab impiorum impieitate auertere. Vinum inservit inuitè ebrijs. Sic omnes alię

creaturæ inferuire coguntur impiis, quemadmodum à Turcis capti Christiani suam illis operam præstare inuicti trahuntur, &c.

V s v s. Ergo agnoscamus magnitudinem peccatorum. Propter ea non tantum homo, sed etiam creaturæ sunt puniæ [ita dicendo] à Deo, Gen. 1. v. 17. Maledictus ager propter te inquit Dominus. Nam terra fructifera vertitur in falsuginem propter malitiam inhabitantium. Psal. 107. vers. 34.

## II. Pars.

Sed cogitat quis parum esse, quod inanimæ creaturæ ad abusum rapiantur, cum sint ἀνεπίδητοι, proinde dolori non subiectæ: At inquit Paulus, propter illam vanitatem ingemiscere creaturas. In Græco est verbū στενεύει, quod vocabulum itidem de Christo habetur, Marc. 7. v. 34. ἐστενεύει & iterum, Marc. 8. v. 12. ἀνεπίδητος. Hoc mirum nobis videret. Ingemiscere lignum, lapidem, v. num, equum, currum, scammum cui infideas. Nemo quidem qui rationis speculationes sequitur. hoc vnquam crediturus est. At Paulus, qui in tertio cælo fuit. hoc non iudicauit absurdum, sed ita diserte asserit, hoc suo modo fieri. Quomodo id fiat, Deus nouit, Deus intelligit, is qui fecit aurem, Psal. 94. v. 9. audit: ita etiam qui creauit illas, intelligit gemitus earundem. Nam quomodo quæso clamat sanguis Abel. Genes. 4. vers. 10. quomodo exultant montes sicut agni. Psal. 114. v. 4. Quomodo ligna fructifera laudant Dominum Psal. 148. v. 9. quomodo ex ore infantium laus perficitur, Psal. 8. v. 3. quomodo infantes credunt, Matth. 18. v. 6. quomodo pulli coruorum inuocant Dominum Psal. 149. v. 9. hæc certe omnia Deus intelligit. Et Paulus hoc loco inquit: Scimus, etiam si nos nesciamus. Paulus audit vocem domini, quam comites non audiunt, Actor. 22. v. 9. Samuel audit vocem Dei, quam Eli non audit, licet vna sint, 1. Sam. 3.

V s v s. Hæc ideo dicuntur, vt & nos vanitatem huius mundi,

THEM  
mundi, & mi  
lliper e  
reliorem vit  
sistere v  
ite possent  
tu loquunt  
reuelat in  
mris, qui  
veritate p  
Et certe i  
quando equ  
gelampem  
tiones creat  
Si autem  
tate tamen  
ini nolent  
dos tanqu  
laper uol

Quon  
ad liberat  
hoc terris  
Dei, hoc  
bonis seru  
perpetuam  
ouar, vt  
mutandæ  
sunt ex do  
Substantia  
coram vul  
teris statu  
preter h  
v. 17. p  
p. 6. &c  
v. 7. Cæ

mundi, & miseriam nostram agnoscamus & desicemus, & super eam ingemiscamus & desicemus, anhelemus ad meliorem vitam, 2. Corinth. 5. v. 2. Et posset sane Deus facile efficere vt creaturarum tacita suspiria iuxta secum audire possemus, quemadmodum Deo volente a sine Bileami loquitur. Num. 22. & quemadmodum Sol faciem suã obuelat in passione, ita posset efficere vt creaturarum gemitus, quibus ad libidinem abuteris, iudem aures tuas verberare possent.

Et certe interdum hoc fieri permittit Deus, videlicet quando equus sternax se sibi ceruicem, vinum nimis large sumptum ingulum frangit: hæc certe sunt practicæ conuersiones creaturarum.

Si autem creaturæ ingemiscunt propter nostra peccata, quæ tamen non commiserunt, nisi quod hominum abusu nolentes volentes coguntur inservire; quanto magis nos tanquam rationales creaturæ concedebit ingemiscere super nostra peccata, ea que deprecari apud Deum.

### III. Pars.

Quando autem creaturæ à suo duro seruitio liberatæ ad libertatem tanquam ad pileum sint reuocandæ, docet hæc tertia parte Paulus. Vsq̃ue ad reuelationem filiorum Dei, hoc est, ad nouissimum diem. Et tum demum cessabunt seruire hominibus, liberatæ à seruitio vanitatis ad perpetuam libertatem filiorum, &c. Hinc quaestio talis oritur, vtrum etiam creaturæ sint innouandæ, in melius mutandæ, aut omnino perituræ, [De cælo sane multi etiam ex doctis statuunt, quod non periturum secundum substantiam, sed secundum qualitatem. De hoc autem coram vulgo non est disputandum.] At nos ex S. edocti literis statuimus, cælum, terram, & omnia quæ in his sunt [præter homines] omnia peritura & transitura, Psal. 102. v. 27. ipsi peribunt, tu autem permanes, &c. tu autem idem ipse es, &c. Luc. 21. v. 33. Cælum & terra transibunt, 2. Pet. 3. v. 7. Cæli autem, qui nunc sunt, & terra eodem verbo re-

Mm 5 post

positi sunt, igni referuati. Et mox. v. 10. Cœli magno impetu transibunt, &c. Apoc. 20. v. 11. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum: à cuius conspectu fugit terra & cœlum & locus non est inuentus eis. Præter angelos igitur & homines nihil admodum ex omnibus creaturis æterarum duraturum credimus.

De institutione autem cœli & terræ nihil nouimus præter illud: Esai. 65. v. 16. Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam, &c. 2. Petr. 3. v. 13. Nouos vero cœlos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus Iustitia habitat Apocal. 21. v. 1. Et vidi cœlū nouū, & terram nouam; Primum enim cœlum & terra abiit. Quæ autem conditio huius nouæ structuræ sit futura, nouit Dominus. Hoc agamus vt cum gaudio aliquando videamus.

Vs vs. Quia iustitia ibi habitabit, demus etiam operam vt hic simus iusti. Nam in cœlum nouum nō intrabit aliquid immundum aut inquinatum, Apoc. 21. v. 26.

F I N I S.

T H E M A LXVI.

Rom. 8. vers. 24.

*Spe salui sumus.*

D I S P O S I T I O.

Cum in sacris concionibus de gaudiis vitæ cœlestis, & salute æterna erudiuntur homines, hoc vnum plerique omnes optant, vt iam statim salui sint. At Paulus hoc loco docet, id ipsum iam nobis contigisse, & si modo rationes recte subducere possemus, nos iam saluos esse. Id quia videtur in his miseriis non esse verum, excutiendum erit nobis.

Dicemus igitur, 1. Quomodo & qua ratione iam, id est, in hac etiam vita, saluos nos esse Paulus affirmet.

2. De quibus hoc dicat Paulus: & quos sic saluos pronunciet.

I. Pars.

## I. PARS.

Dixerat Paulus in verbis immediate præcedentibus. huius capitis: Nos expectamus redemptionem nostri corporis. Illa futura est in nouissimo die, æternæ vitæ plenaria possessio, suum habitura est initium. Vide Coloss. 3. v. 4. Hic dicat aliquis, utinam mox detur nobis frui illa redemptione corporis, & salute: qui præter miseras & afflictiones nihil experimur in hac vita.

At, inquit Paulus, si recte velimus iudicare, iã nos saluos esse in hoc etiam seculo. Quomodo autem non? non Res sed in S P E. Huic consentit etiam Ioannes 1. Joan. 3. v. 2. Iã filii Dei sumus. At nondum apparuit, quid simus futuri.

Salus enim nobis per Christum est parata: & parata hæret, itas ab initio, Matth. 25. v. 34.

Sicut filius vnicus Regis potentissimi, iam est Rex natus, & hæres Regni, & vere Rex. at non res sed spe, quamdiu viuit pater. Ideoq; non dicitur Rex, sed Infans regni, vel Priæceps. [ Galli Delphinum vocant primogenitum & regni hæredem. ]

Magis autem certa nostra est spes, de regno cœlesti. Quia fieri potest, vt filius regni hæres, prius moriatur quam hereditatem accipiat: aut pater sibi & filio amittat regnum.

Nos vero virtute Dei custodiri ad salutem & regnum cœleste, Petrus aũthor est, 1. Pet. 1. v. 5.

Et nemo nos separabit, Rom. 8. v. 35.

Nemo rapiet, Joan. 10. v. 28.

Hæc spes alit afflictos in hac vita. Hinc id Esa. 30. v. 15.

In silentio & spe fortitudo nostra.

Itaque vere beatos prædicet sperantes scriptura.

Psal. 40. v. 5. Beatus vir cuius Dominus S P E s eius.

Psal. 22. v. 5. In te sperauerunt patres.

Psal. 84. v. 13. Beatus qui sperat in te.

Prouerb. 16. v. 20, & 28. v. 25. Qui sperat in Domino saluabitur.

Hæc

Hæc etiam spes nunquam confundit. Rom. 5. vers. 5. Quia nritur verbo Dei firmissimo, de quo iam sunt citata testimonia Pauli & Petri, imo ipseus Christi, qui est veritas. ex Joan. 10.

Hæc spes salutis certissima magnam nobis consolationem præstare potest, in omnib. huius mundi tribulationibus & afflictionibus. Neque enim dicendum: Mallet iam expetiri, quam sperare, gaudia illa cœlestia. Quid iuvat spes illa, cum tantæ sint undique miseriæ, & c. stulte, cogita ubi sis. In mundo, in valle lachrymarum, Psal. 84. v. 7. ambulas. Vbi nondum apparuit quid simus futuri, Joan. 3. v. 2. Sperandum itaque quod promissum est. Neque vero spes est præsentium, & eorum quæ videntur vt hoc ipso loco Paulus docet. Ideoque Hiob, 19. v. 2. Scio quod redemptor meus, & c. 13. v. 16. Occidet me, *non enim sperabo in eum.* Salus enim mihi erit. Beneplacitum etiam est Domino, in his qui *sperant super misericordiam eius*, Psal. 146. v. 11.

Placet Deo Abrahamus, qui contra spem in spem credidit, Rom. 4. v. 8.

Licet igitur hic pondus & æstum diei cogamur portare, tamen hac spe infallibilis recreationis sustententur nos, dicentes: In te Domine speravi: non confundar, Psal. 31. v. 2. Promittitur Dauidi Christus, 2. sam. 7. Ille accipit promissionem spe, & exclamat nihilominus, Redemisti me Domine Deus veritatis, Psal. 31. v. 6. Quia certus est de veritate promissionum Dei. Tristis quidem interdum anima Dauidis, Psal. 42. v. 13. & Psal. 43. v. 5. At quæ illius consolatio: *spera in Domino.* Adhuc confitebor illi. Spes messis alit rusticum tempore hyemis. Spes hæreditatis paternæ, filium sub disciplina peregre absentem & male habentem, solatur. Explica similitudines & accomoda.

## II Pars.

De quibus vero Paulus pronunciat, quod iam sint salui: Numquid de omnibus omnino hominibus, quidcunque

precedant  
penam dic  
Hiob. 8. v. 13  
et de 11. v. 7.  
las: videant  
quos de hit  
vno tantum  
Et omnibu  
cedentia &  
dem est, qu  
ritus san cti  
gum pre ali  
que ad salut  
lunt particip  
qua non a  
pitius, qu  
ravus pron  
quibus Ios  
vers. 2.

Docen  
certam sal  
mero cred  
Id etiam  
Omnia qui  
parus est.  
repeccata,  
& abstinen  
tate 2. p.

scimus,  
tamento su

labgais

que credant faciantve, affirmat? Nequaquam. De impiis enim dicitur: spes eorum peribit, frustrabitur, &c. vide Hiob. 8. v. 13. & 11. v. 20. & 27. v. 8. & 40. v. 28. Prou. 10. v. 28. & 11. v. 7. At forsitan de Apostolis tantū loquitur Paulus? videntur enim id innuere verba præcedentia, vbi loquitur de his, qui primitias Spiritus acceperunt? minime vero tantum de Apostolis illā possunt intelligi, sed de sanctis omnibus, hoc est, de CREDENTIBVS. De his enim præcedentia & sequentia huius capituli sonant. Certum quidem est, quantū ad singularia illa & miraculosa dona Spiritus sancti attinet, Apostolos singulare habuisse priuilegium præ aliis. At quantum attinet Spiritus sancti gratiam quæ ad salutem necessaria est, eiusdem omnes credentes sunt participes. Omnes enim pii habent primitias Spiritus quia non accipiunt in hac vita perfectionem donorum Spiritus, quæ erit in altera. De omnibus itaque CREDENTIBVS pronunciat Paulus, quod iam sint salui S P E. De quibus Ioannes, quod N V N C sint Filii Dei, 1. Iohan. 3. vers. 2.

DOCENTVR itaque Christiani omnino necesse esse, vt si certam salutem sibi velint polliceri, inueniantur in numero credentium & ex fide sperantium.

Id etiam Ioannes vrget loco iam dicto inquitens: v. 2. Omnis qui habet hanc spem purificat se, sicut & ille [Deus] purus est. Quid sit illud purificare, mox ostendit, sc. cauere peccata, &c. Purificandum autem COR FIDE. Act. 15. v. 9. & abstinendum à peccatis vt spes firma sit, &c. Huc pertinet id 2. Pet. 1. v. 10. firmam facite, &c.

F I N I S

## THEMA LXVII.

Rom. 8. v. 28.

Scimus, quod his qui diligunt Deum, omnia simul adiumento sunt in bonum.

D I S P O S I T I O.

Insignis est hæc Pauli sententia, quæ docet diligentibus

bus Deum omnia in bonum cedere. Sumus autem natura omnes ita affecti, atq; magno studio hoc agimus, vt quacunq; tractamus, nobis cedant in bonum. Hoc vnum ferè omnes desideramus in omnibus actionibus. At sæpe longissime aberramus, dum bona speramus & mala experimur. Itaq; operæ pretium erit hęc considerare Pauli locū.

Primum autem singula Pauli verba excutiemus: Deinde Lo eos subijciemus.

*Textus.*

1. Primò omnium notandum, de quibus Paulus hęc loquatur, sc. de *diligentibus Deum* Quinam sunt illi? Patet ex Joh. 14. v. 23. Qui me diligit, &c. Hoc faciunt pij & fideles, & illi, de quibus hoc ipso loco Paulus in sequentibus dicit, quod sint præordinati, vocati, electi, iustificati, &c.

2. De his pronunciat, quod, quæ illis accidunt, non possint esse noxia, sed adiumento sint in bonum. *Id est bester.*

Et quæ ipsis obfutura videntur, *seruire coguntur.*  
3. Neq; enim prospera tantum, grata, iucunda, in bonum cedere affirmat, sed OMNIA, adeoq; etiam aduersa: vt sunt morbi, calamitates, &c. Et quæ maxime videntur *damnoſa*, sunt vtilissima pijs.

4. Mirabile sanè pronunciatum Pauli, quod vix mereatur fidem apud rationem humanam. At SCIMVS, ait Paulus, rem ita se habere: nec est qui hoc possit aut debeat negare.

Exemplis scripturæ penè infinitis hoc posset probari. Quid potest esse deterius, odio, inuidia fratrum, prodicione, venditione, exilio, mendacio, calumnia & carcere Josephi? At hæc illi *ſimul omnia* [vt habet vers lat.] adiumento fuerunt in bonum, vt fieret Prorex Egypti. Diduci possunt hæc latius, ex historia Gen. 37. 39. & seqq. ad finem libri.

Et nisi præcessissent omnia illa mala, nunquam factus fuisset tantus Monarcha.

Agnoſc

X. **THEMA XLVII. EX NOVO TEST.** 559

Agnoscit hoc & palam faretur Iosephus, Gen. 50. v. 20. vos cogitatis de me malum, Dominus autem conuertit in bonum.

**L O C I.**

I. Turpe est nos hæc nescire, de quibus Paulus dicit, **S C I M U S**; & quæ sanè scire debebamus.

Testatur autem peruersum nostrum iudicium, de aduersis casibus nostris & aliorum, quod hæc ignoremus. Itaque ex ignorantia illa turpis error oritur.

Mundus enim putat prospera tantum cedere in bonum: aduersa verò ad malum & ad interitum: ar Paulus de **OMNIBVS**, quæ possunt accidere homini, id pronunciat.

Primo, hoc verum est de variis calamitatibus. Naha- mani lepræ ipsum adducit ad veri Dei cognitionem, 2. Reg. 5. v. 17. Morbus filii regulum Joh. 4. v. 47. afflictio Chana- næ matrem, Matt. 15. adducit ad Christum. Idem de pau- pertate Lazari, afflictione Jobis, exilio Moysis, & Dauidis, captiuitate Danielis, &c. sciendum & tenendum est. Ex- plica utilitates illarum calamitatum.

Deinde id ipsum verum est etiam, de infirmitate & lap- tu sanctorum: quod ad bonum cedant ipsis. Non qui- dem ipsorum industria: aut quod peccata non sint, vel nõ tam graua: sed Deo dirigente, qui de nostris malis bonum facere potest, & de nostris peccatis, teste Augustino. Vide Manual. in epistola in festo **I A C O B I**. Nunquam eni- m permitteret malum, si nõ inde bonum posset elicere. Quo- modo id fit? Resp.

1. Sic lapsi seiplos discunt agnoscere, quam sint infirmi, ne plus sibi tribuant quam par est.

2. Discunt aliis compati & non temere de aliis iudi- cant.

3. In posterum cautius ambulant: Deoque in timore seruiunt & grati sunt pro remissione peccatorum.

4. Audentius orant. Exemplo sunt Dauid & Petrus, David

Dauid comprobat suo exemplo hoc verum esse, Pſal. 51. v. 13. & 14. vbi orat pro Spiritu ſancto.

Petrus non vltra præſumptuoſus eſt, & diſcit id, Luc. 21. v. 32. Tu conuerſus confirma fratres, &c.

Tertio. Verum eſt etiam de morte piorum. Nam ſi maxime calamitates videntur homini plane lethales, adeoque peſſimæ & nocentiſſimæ, tamen ipſa mors cedit ad bonum. Hinc id Pſal. 116. v. 15. Pretioſa mors ſanctorum. Mors Jacobum, Stephanum, &c. facit Martyres, & viam ad cælum ſternit. De morte ad vitam tranſiit, Joh. 5. v. 24. *Quid hiſſit ihuſen baſor der Mörter ab; ne diutius hic affligantur in preſſura illa.* Joh. 17. v. 22.

Vtius huius loci eſt. I. Vt diſcamus rectius iudicare de calamitatibus aliorum, qui diligunt Dominum.

2. Vt in proprijs calamitatibus diſcamus eſſe patientes. Quia crux a deo ſalutaris eſt, & ad bonum cedit. Sicut hauſtum amarum non horres, quia ad ſanita tem tuam cedit, &c. Virga ſalutaris pueris, &c.

Caro ſale aſpergenda, ne putrefiat, &c. Explica ſimilia hæc.

L. II. Si volumus, vt calamitates nobis ſint adiumento in bonum, poſſumus ipſi hoc facile à Deo impetrare: hoc ſcilicet pacto, *vt diligamus ipſum.* Diligentibus enim Deum bona omnia ſunt. Ergo cum Dauide ex ſincero corde dicendum, Pſal. 18. v. 2. Diligo te Deus, &c. & cum Petro, ſcis quia amo te, Joh. 21. v. 17. *Quomodo autem diligitur Deus?* Id Chriſtus docet, Joh. 14. v. 23. *Qui me diligit, ſermonem meum ſeruaabit.* Diligamus ergo Deum opere, & ſectemur pietatem. Et proximum diligamus in veritate, propter Deum, vt vult Joannes, 1. Joann. 4. verſ. 20. & 11.

L. III. Nihil nos moueat impiorum vana ſœlicitas, quam mundus admiratur, Pſal. 144. v. 15. *beatum, &c.* Et quam caro ægre fert, Jer. 12. v. 1. Pſal. 73. v. 15. *Hiob. 21. v. 7. & ſeqq.* Sicut enim mundis omnia munda, Tit. 1. v. 15. *bonis omnia bona: diligentibus Deum omnia in bonum cedunt,*

ſua mala  
nia ad pe  
regum: Ah  
tate Nabalo  
Ergo non  
paliſ eſt hic  
cam vici

Nemo noſ  
Dicit oſ  
pne uiaſ 2

Reuigum  
gandum

Ad huius  
tenda ſunt  
ſantia Eccle  
tatio inter  
hoc eſt, ſe eſt  
ſapad nos  
tueris voca  
pou: hi con  
i ad aploſ  
gauer Pau  
utendum i  
tunc contem  
tuer, nec det  
ra

THEMA XLVIII. EX NOVO TEST. 561

dunt ita malis omnia mala, & odio habentibus Deum, omnia ad perniciem cedunt. Sauli, Jeroboamo, Simri, &c. regnum: Ahitopheli sapientia: Absolomi pulchritudo: diuitiæ Nabalo, epuloni, &c. ad perniciem cesserunt.

Ergo non dicas, vellem me etiam tam felicem esse, qualis est hic vel ille. Dilige Deum, & mala tibi erunt bona: cum vicissim impiis bona sint mala, &c.

FINIS

THEMA XLVIII.

Rom. 14. v. 7.

*Nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur, &c.*

DISPOSITIONEM huius Thematis vide supra in parte huius Promptuarii, classe VII. Num. 14. pag. 579.

THEMA XLIX.

Rom. 14. v. 7.

*Rengum Dei non est cibus & potus, sed iustitia pax & gaudium in Spiritu sancto.*

DISPOSITIO.

Ad huius loci Paulini pleniorē intelligentiam, repetenda sunt præcedentia membra huius capituli. Magna fuit in Ecclesia primitiva, temporibus Apostolorum, contentio inter novos Christianos, de cibus licitis & illicitis: hoc est, de esu sanguinis & suffocati, & de Idolothytiis: sic ut apud nos iam de esu carniū feria sexta, quam diem veneris vocant. Et qui abstinebant ab eiusmodi cibus & potu: hi condemnabant ceteros. Rixabantur enim super his adiaphoris non aliter, quam super fidei articulis. Hoc grauitè Paulus reprehendit hoc toto capite, & docet parcendum infirmis, atque libertatem Christianam posse hanc contentionem dirimere. Nec meliorem esse qui abstinet, nec deteriorem qui vescitur his cibus, de quibus supra.

Na

Inter

Inter alia argumenta autem Paulus hoc affert, quod verbis prælectis habetur, estque hic sensus: Non esse de esca & potu contendendum Christianis, quia in his rebus non consistat regnum Dei. Eodem fere sensu, quo dixit, 1. Cor. 3. v. 8. esca non commendat nos Deo. Quia vero paucis verbis, quæ adduntur, describit, quæ ad regnum Dei pertinent summa bona, erit hic locus paulo accuratius expendendus.

Primum autem dicendum, quid per regnum Dei intelligatur, hoc & aliis scripturæ locis. Deinde: In quo consistat regnum illud: vel, quæ sint bona & dona illius regni, ad Christianos pertinentia.

### I. Pars.

Varias esse significationes huius phrasæ [*Regni Dei*] ex nouo Testamento constat: vbi per illud interdum annuntiatio & prædicatio Euangelii atque remissionis peccatorum intelligitur, vt Matth. 4. v. 17. Marc. 15. v. 43. & hoc loco. Interdum significat propagationem verbi, interdum cognitionem Christi, &c. Quæ omnia sunt cognata.

Breuitatis causa autem nos dicimus, regnum Dei duplex esse. Aliud regnum gratiæ, aliud regnum gloriæ. Regnum gratiæ in hac vita est. Regnum gloriæ in altera.

De regno autem gratiæ hic esse sermonem Paulo, dicimus. Est autem illud regnum in nobis, Luc. 17. v. 21. Estque hoc, cum ex verbo Dei habemus certam promissionem & annunciationem remissionis peccatorum, renouationis, iustitiæ per Christum patris, &c. Sicque iam sumus in regno Dei, id est, vt Paulus Rom. 8. v. 24. explicat, *salus* S P E. Et Joannes 1. Joan. 3. v. 2. *nunc filii Dei*: licet nondum apparuerit quid simus futuri. Nunc cernimus vitæ æternæ gaudia, at in speculo, 1. Cor. 13. v. 12. Et hoc regnum gratiæ, quod in electis in hac vita suum habet initium, continuabitur & perfectissime implebitur in regno gloriæ, post hanc vitam.

### II. Pars.

## II. PARS.

At cum nondum sentiamus perfectam illam regni celestis felicitatem, dum in hac vita sumus: Quid habemus beneficii ex hoc regno gratiæ? Id vero Paulus paucis verbis eleganter ostendit. Non quidem esca & porus sunt bona huius regni: quod forsitan nonnullis esset gratissimum: his sc. quorum Deus venter est, Phil. 3. v. 19 sed longe maiora & utiliora dona accipimus etiam hic à Deo. Quænam illa?

I. Iustitia: illa Christi scilicet, qui factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1. v. 30. & suam nobis natura iniustus imputat iustitiam: vt coram Deo beati esse possimus, Beatus, cui non imputat Dominus peccatum, Psal. 32. v. 1. His vero imputatur iustitia Christi per fidem, Rom. 3. v. 25 & cap. 4. v. 5. atque sequentibus.

II. Donum regni gratiæ, est PAX. Fructus spiritus sancti est pax conscientiæ, Gal. 5. vers. 22. Ideoque pax in spiritu sancto vocatur hic: estque talis, vbi non metuendum nobis tremendum Dei iudicium, [quod Judam sic angit, vt sibi ipsi manus inferat] sed vbi scimus iustificari per fidem, quod pacem habeamus cum Deo, Rom. 5. vers. 1. Hanc pacem angeli optarunt hominibus in natiuitate Christi, Luc. 2. v. 14.

III. Ex hac pace sequitur iam tertium: *Gaudium* videlicet, non mundanum, sed in spiritu sancto. Qui enim certus est, quod habeat Deum propitium, semper potest esse magno & excelso animo, etiam in maximis afflictionibus. Est enim hoc gaudium etiam fructus spiritus sancti, Gal. 5. v. 22.

Hoc Paulus requirit. Phil. 3. vers. 1. Gaudere in Domino semper.

Colof. 1. v. 24. Gaudeo super afflictionibus meis.

Matt. 5. v. 12. Gaudete & exultate Merces copiosa erit.

Exemplo sunt Apostoli castigati, Acto. 5. vers. 41. Ibant gaudentes è conspectu senatus, &c.

N n 2 Vsvs

Vs vs huius loci hic erit, vt hac consolatione superemus omnes miseras & molestias huius mundi, dum intelligimus, nos iam vere vti frui bonis regni Dei, quæ cum omnibus mundi thesauris & delitiis non sunt permutanda: videlicet iustitia Christi imputata, pace cōscientiæ: vt hinc merito possimus latari & exultare in domino Rom. 12. v. 12. Spe gaudentes. Et hæc erunt perficienda in regno gloriæ, quod expectamus.

2. Deinde intelligimus non esse ciues huius regni, nec etiã fore hæredes alterius regni, qui delicias tantum querunt in cibo & potu. Quales sunt multi, Nabalo, 1. Sam. 2. 5. & epuloni purpurato, Luc. 16. similes, qui hoc pro simbolo habent: Edamus, bibamus, cras moriemur. 1. Cor. 15. v. 33. Quorum enim Deus venter, illorum finis interitus, Phil. 3. v. 19. Die hießen Gott den Himmel/ vnd nemen sie es auff Erden also an. At sic dicit vox Dei, Luc. 12. *Stulte*, hac nocte auferetur anima tua. Ergo sit nobis delectatio in veris bonis huius regni, de quibus iam dictum est.

F I N I S.

## T H E M A L.

1. Cor. 1. v. 30.

*Christus factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio.*

## D I S P O S I T I O.

In fine huius capituli Paulus hortatur, ne quis homo propter suam sapientiam, nobilitatē, potentiam, coram Domino glorietur. Deo enim magis placere stulta, ignobilia, imbecilla coram mundo. Et claudit caput primum his verbis Jeremiæ, qui gloriatur, glorietur in Domino, Hier. 9. v. 24.

Interim vero verbis præfatis ( quæ medium inter ea quæ diximus locum tenent ) ostendit Paulus, quæ vera possit esse gloriatio Christianorum, hæc scilicet, quod Christus ipse factus sit sapientia, iustitia, sanctificatio & redem-

redemptio: ostendens nimirum illos quatuor summa beneficia habere à Christo, in quibus merito lætari & gloriari possint: cum ea ad æternam salutem credentibus cedant. De his singulis, quam sint nobis ad salutem æternam necessaria & vtilia, ordine iam audiemus, vbi primum Pauli verba examinauerimus.

## I. Pars.

Antequam vero ad ipsa beneficia (quæ habemus per Christum) accedamus, prius verba Pauli erunt consideranda. Eleganter enim & emphaticè hanc rem expressit.

1. Notandum autem, quomodo Paulus de Christo loquitur: quod sc. is à patre sit factus sapientia, &c.

2. Neque tantum dicit, factus est ipse à patre sapiens, iustus, sanctus. Quid enim iuaret nos, si is maxime talis esset, nos autem essemus stulti, iniusti, immundi, &c.

3. At dicit Christum à Deo factum alijs sapientiam, iustitiam, sanctificationem, &c.

4. Et diserete addit, ipsum sic factum esse NOBIS. Quæ verba generalem Vsvm huius loci demonstrant, quod sc. omne id, quod Christus acceperit à patre, in nostrum vsum contulerit: vt non sibi tantum sit factus iustus, sapiens, &c. sed nobis. Propter nos enim venit, & propter salutem nostram omnia fecit.

Sic Zacharias etiam cap. 9. v. 9. loquitur, Rex venit TIBI iustus, saluator, &c.

Nobis enim omnia sua dona, quæ ad salutem nostram necessaria sunt, communicare voluit: Et qui Christum donauit, omnia simul cum ipso donauit, Roman. 8. vers. 22.

1. Hinc agnoscenda immensa Dei bonitas & φιλανθρωπία, Tit. 3 v. 4. Sic etiam paucis Chylostromus hoc insinuat, dicens: Non inquit, sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapientia: vt scilicet muneris liberalitatem significaret, ac si dicat, seipsum nobis dedit.

2. Agnoscenda Christi erga fratres suos dilectio &

affectio: *Dass er nichts vngetheilt mit vns haben wöllen.*

3. Sequatur ergo nostra gratitudo: vt nos vicissim omnia nostra conferamus, ad gloriam sanctæ Trinitatis: & cum omnibus sanctis angelis semper cantemus Deo laudes.

## II. Pars.

Nunc in specie singula bona, quæ à Christo habemus, explicabimus.

I. Sapientia factus nobis. Nos natura sumus stulti & insipientes, & animalis homo non intelligit, quæ Dei sunt, 1. Cor. 2. v. 14.

Itaque Christus nobis factus est sapientia, Et sic quidem (vt Chryostomus annotat) sapientes nos fecit, (ordine enim procedit Paulus) cum sustulit errorem, & cum demum iustos & sanctos reddidit, spiritum nobis largitus, & sic omnibus nos malis liberavit. Quis igitur iam nobis sapientior est, qui non Platonis habemus sapientiam, sed ipsum Christum, Deo sic voleate. Hæc ille. Cognitio illa Christi nos beat, ideoque summa sapientia est, qua caruerunt Ethnici.

Loquens Christum ergo statuamus omnem nostram esse sapientiam. Si Christum nescis, satis est si cætera nescis. Si Christum nescis, nihil est si cætera discis. Is è sinu patris profert nobis necessaria scitu ad salutem, Joa. 1. vers. 18. & reuelat noticiam Dei paruis, Matt. 11. v. 25. & ostendit nobis patrem, Joan. 14. vers. 8. quo contenti esse possumus.

Glorientur itaque licet alii de sua sapientia: nobis sapientia Christi satis est. Propter illum non grauemur stulti haberi in mundo, 1. Cor. 4. v. 10.

Sicut autem in ipso reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ, Col. 2. v. 3. ita nos etiam implebit cognitione sui ad salutem, 1. Cor. 2. v. 12.

II. Factus est nobis iustitia. Natura omnes sumus iniusti peccatores, Rom. 3. v. 13. Iustitiæ nostræ vestis immunda, Ela,

THI  
Ela 6a.  
opparat  
Loc v s  
m Christi  
ultra sit im  
echina, se  
ngra, Pro n  
Pro nobi  
Pro nobi  
ad ngram  
III. Factu  
ram Deo fa  
Anno s  
dom est cor  
teumus vi  
& Iuac  
CONS  
IJoan. 1.  
Spiritu sa  
riam, a  
IV. Fa  
peccatar  
cati mors  
lestrazit  
L. Chr  
ntem pr  
tionem &  
Tenta  
qui no  
cut vna c

THEMA L. EX NOVO TEST. 569

IIa, Esa 64. At Christus nobis suam donat & per fidem imputat iustitiam, Rom. 4. v. 5. 6. & seqq.

Loc v s. Non noua est doctrina, quod per alienam videlicet Christi iustitiam iustificemur: quæ tamen propria nostra fit imputatione. Hęc non Pauli tantum, Rom. 4. est doctrina, sed Hieremias, cap. 23. & 33. v. 16. Ichoua iustitia nostra. Pro nobis enim ipse legem impleuit.

Pro nobis pœnas dedit, Esa. 53. v. 5.

Pro nobis factus obediens patri, Phil. 2. v. 8. & traditus ad nostram iustificationem Rom. 4. v. 25.

III. Factus est nobis sanctificatio. Debëbamus esse coram Deo sancti, sicut ipse sanctus est, Levit. 19. v. 2.

At nos sumus immundi. Nemo enim potest dicere, Mundum est cor meum, Pro. 20. v. 9. Ideoque nec Deum poteramus videre. At Christus sanctificauit nos suo sanguine & lauacro aquæ &c.

CONSOLATIO est, quod Christus nos sic mundauit 1. Joan. 1. v. 7. & sanctificauit mundatos, Eph. 5. v. 26. Atque spiritu sancto donauit, ut transformemur à gloria in gloriam, 2. Cor. 3. v. 18.

IV. Factus est nobis redemptio. Eramus omnes propter peccatum ad iudicati morti. Rom. 6. v. 23. stipendium peccati mors. Christus autem redemit sua morte, & mortem destruxit. Hof. 13. Ero mors tua.

L. Christus est *λύτρον* pro nobis, Matt. 20. v. 28. Redemit autem pretioso sanguine, 1. Petr. 1. v. 19. Hoc ad consolationem & simule etiam ad correptionem facere debet.

F I N I S.

THEMA LI.

I. Col. 10. v. 13.

Tentatio vos non cœpit nisi humana. Sed fidelis est Deus qui non finet vos tentari, supra id quod potestis: imo faciet vna cum tentatione euentum quo positis sufferre.

Nn 4

Dis.

## DISPOSITIO.

Insignis est hic Pauli locus, qui de tentatione non tantum loquitur, sed etiam secum statim affert paratissimam in ipsis tentationibus consolationem. Quia igitur tentationes sunt frequentes, & variæ, atque interdum periculose, adeo vt Christus etiam de his in oratione Dominica nos monuerit: ideoque primum hic operæ pretium erit, occasione huius loci inuestigare, quid scriptura vocet tentationes & tentare. Deinde audiemus, quæ Christianorum in tentationibus possit aut debeat esse firma consolatio.

## I. Pars.

Initio notandum, quod tentatio in scripturis tribuatur & Deo & Diabolo. Vterque enim tentat, sed non eadem ratione, nec eodem fine.

Primum de tentationibus Dei dicemus.

Dicitur autem tentare Deus, cum probat hominem, & experitur vel explorat suos, vtrum in fide, & patientia velint manere constantes.

Et facit hoc, vel dum obicit res graues & difficiles: vt cum tentat Abrahamum, Genes. 22. versu 1. & sic tentare vult populum vtrum velint in præceptis ambulare, cum priuat pane in deserto, & pro illo Manna dat: Exod. 16. vers. 4 & 20. v. 10. & Deut. 13. vers. 3. ad explorandam ipsorum obedientiam: vel dum grauioribus afflictionibus & cruce premit, & fidem, spem atque patientiam vult explorare. Tentatio hic intelligitur pro afflictionibus. Ideo, Deut. 8. vers. 2. coniunguntur tentare & affligere. vel humiliare. Beatus qui sustinet tentationem, Jac. 1. v. 12. Luc. 22. v. 28. Vos permanistis mecum in tentationibus. Luc. 8. 13. tempore tentationis desiciunt. Ita ponitur à Petro, 2. Petr. 2. v. 9. Sic ipse Christus dicitur tentatus per omnia, Heb. 5. excepto peccato.

Quomodo cumque, autem tentet Deus: bono fine tentat Jac. 1. v. 13. Deus non est tentator ad malum.

Idco-

Ideoque piis illa tentatio salutaris.

Secundo. Tentat autem & Diabolus, Deo permittente. Is vero semper tentat ad malum: Ideoque *tentator* dicitur, Matth. 4. atque hoc agit, ut impellat hominem ad peccatum, offensionem Domini atque exitium æternum.

Sic tentavit Protoplastos & ipsum filium Dei, hoc est, ad peccandum sollicitavit.

Sic Davidem impellit ad numerandum populum: ut expresse legitur, 1. Par. 21. v. 1.

Idem antea etiam ad adulterium sollicitaverat. Ita dicitur tentasse Ananiam & vxorem, Actor. 5. v. 3. Idem legitur 1. Thess. 3. v. 5. & 1. Cor. 7. v. 5. De his tentationibus hoc loco Paulus loquitur: quod Deus *permittat* tentari, at non ultra vires. Hinc intelligitur quid oremus, dum precamur. Ne inducat nos Deus in tentationem, hoc scilicet, ne Deus permittat Satanæ, ut nos grauius tentet, quam possumus sufferre.

Mille autem modis tentat Satan homines, prout est mille artifex & malignus, Ephes. 6. v. 16.

Interdum leuius tentat: quia Deus cohibet illius malitiam. De hoc Paulus hic sic loquitur: Non nisi humana hætenus vos cepit tentatio: hoc est, ut Chrysostomus annotat, parua, breuis, mediocris. Quod enim humana est, id paruum dicit. Et hoc vult, illos nondum vsque ad sanguinẽ & occisionem esse tentatos: sicut Heb. 12. v. 4. inquit: Nondũ vsq; ad sanguinem. Es sind nur kleine Versuchung gewesen/die ein Mensch noch wol über sich mag.

Innuir sic, Grauius interdum etiam tentari, percelli & concuti animos piorum, Deo sic permittente. Sicq; insinuat tacitè, Necessè esse ut ad maiora certamina se preparant, ut si ita ferat necessitas, cominus cum Diabolo congredi possint. Sie müssen lernen dem Teuffel recht in die Zähne greiffen.

## II. Pars.

Jam vero secundo loco, ne reddat illos pusillanimes,

Na 5                      conso

consolationem insignem subiungit, quomodo scilicet in illis tentationibus sese debeant erigere.

Est autem consolatio multiplex & emphatica.

I. Non permitet vos tentari ultra vires.

Is est, qui Satanæ præscribit modum & terminum, ut non possit seuire pro sua voluntate.

II. Sed (inquit aliquis) scio quantum nequam sit ille spiritus, qui dicitur der Bösewicht / Ephes. 6. v. 16. *Er ist mir zu stark?* At contra *Deus fidelis*. Sic vocatur etiam & vere quidem, 2. The. 3. Est enim pater.

Scit quantum sint vires hominis *Weiß was ein jeder leiden kan.*

III. Finem dabit & euentum faciet. *Es soll ein wenig währen* Non in æternum comminabimur, Psal. 103. v. 9. *I V.* Et talem quidem euentum faciet, quo possitis sufferre. Non patietur vos vinci à Satana.

CONSOLATIO hæc debet esse nobis maxima in omni tentationum genere: quod tam fidelis est Deus. Nouit id Dauid, Psalm. 31. v. 6. Redemisti Deus fidelis, Syr. 2. v. 11. Quis vnquam derelictus? Psal. 118. v. 18. castigabit sed morti non tradet.

Exempla: Abraham, Joseph, Dauid, Daniel.

Paulus 2. Cor. 12. ver. 8 & Petrus, de quo, Satanas voluit quidem cribrare, sed ego rogavi ne deficiat fides tua, Luc. 22. vers 31. & 32. Idem etiam facit pro omnibus electis (Rom. 8. v. 34.) adhuc hodie.

Insignis similitudo extat, Esa. 28. v. 26. *Er machts nit zu grob.* & hinc etiam patet, quare vnus alio grauius affligatur, qui Deus vniuscuiusq; vires nouit: & fidelis est. In iudicio castigat. Jer. 30. v. 11. Simile de parente, qui diuidit opera inter filios iuxta ætatem.

Filio adulto imponit onus grauius, adolescenti leuius puero decenni leuissimum, &c Si hoc pater terreus obseruat, bas er dem jungen schwachen nit zu viel auflade/ *ne succumbat sub onere, quanto magis fidelissimus pater ecclesiis id obseruat, qui nos tenerius amat, Esa. 49. v. 15.*

THE;

Sinoripfos  
may autem, ce  
mur.

Distost  
pate huius P

Dicit ali  
preuenient,  
f. mortuum  
nascetur ser  
tici aus al  
voluit, &

Omnib  
cellum & Co  
fionem m  
mos indux  
cetera in l  
fionem mo  
obsciones  
era falsi Do  
turi hoc ar  
pota qua iat  
relatre perie  
reterur ha  
a vni quon

## THEMA LIII.

I. COR. II. V. 31.

*Si nos ipsos iudicemus non iudicaremur. Cum iudicamur autem, corripimur à Domino, ne cum mundo peccemus.*

DISPOSITIONEM huius Thematidis vide supra in I. parte huius Prompruarii, classe VII. Num. 15. pag. 583.

## THEMA LIV.

I. COR. 15. V. 35.

*Dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? Quali corpore venient? Stulte tu quod seminas non vivificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas non corpus quod nascetur seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alicuius reliquorum. Sed Deus ille dat corpus ut voluit, & unicuique seminum suum corpus.*

## DISPOSITIO.

Omnibus vobis constare arbitror, quod post Pauli discessum è Corintho, irrepserint falsi Doctores, qui resurrectionem mortuorum negarunt, & in hunc errorem plurimos induxerunt. Hunc Paulus ipsis eximere volens inter cetera in hac Epistola gravissimis argumentis resurrectionem mortuorum confirmat primum, deinde etiam obiectiones aduersariorum refutat, cum itaque inter cetera falsi Doctores contra resurrectionem mortuorum pugnarèt hoc argumento quod absurdum sit reuiuiscere ea corpora quæ iam dudum vel in terra, vel in igni, vel in aqua, vel aëre perierunt & corrupta sunt; sicque per contemptum vterentur hac quæstione, quali corpore venient mortui in vitam? quomodo resurgent? ideoq; Paulus ipsis respondet

&amp; c.

& ex ipsa natura conuincit, quod argumentum illud, ab absurdo petitum, mortuorum resurrectionem nullo modo infringat.

Nos primum verba Pauli examinabimus, postea doctrinas subiiciemus.

*Textus.*

Primum Paulus, alioquin humilis & mansuetus, aduersariorum pertinaciam coercet, stultos illos vocans, qui ausint rei tam certæ & manifestæ, vq; adeo audacter contradicere.

Deinde ex ipsa natura ipsos conuincit, quia scripturarum apud ipsos tanta autoritas non erat, quæ debet esse merito.

Tertio Similitudine egregiè illustrat mortuorum resurrectionem. Et illa quidem similitudine vtitur, quam à Christo didicit, Joh. 12. v. 24. de grano. Sic autem granum non efflorescit, nec viuificatur, nec etiam fructum ferre potest prius, quam moriatur quasi: hoc est, computrescat in terra: Ita homo non potest resurgere & viuificari, nisi in terram prius defodiatur & corrumpatur.

Ad quæstionem porro, quali corpore resurgent mortui, ex hac similitudine respondet.

1. Sicut corpus quod nascitur nobilius & præstantius est, quam id quod fuit seminatum; ita homo redibit corpore magis glorioso. Semen enim nudum granum est, At cum enascitur fert secum calamum, aristas, &c.

2. At vicissim, sicut resurgens, vel quod enascitur corpus, ratione substantiæ est idem, cum eo, quod est seminatum, alijs licet qualitatibus ornatum: ita idem erit corpus hominis, ratione substantiæ, sed gloriosum factum, sicut corpus Christi. Phil. 3. v. 21. Ex tritico triticum nascitur. At granum vnum seminatum secum fert calamum & aristas: & tamen est de substantia tritici.

3. Sed vnde illud corpus gloriosum, ornatum, quod granum longe superat qualitatibus ratione à Deo. Deus dat illi

hoc corpus, aut  
ini.

4. Sicut aut  
quod seminat  
ascitur: ita  
tatiæ, idem i  
noctem & lep

I. Sicut in  
mata pugnat  
homo, ita etia  
um. Vbi sane  
taz, quin c  
p proflicentur  
naipotentia  
loc. 1. v. 17.

omnino vel  
omnem dub  
tam elegans  
resuscitator

amentum in  
bitare def

deus sapius  
II. Plus a  
na Granum  
suum, nec

rel in agri  
tians nisi ad  
corpar, & m  
horum dor  
plane inu  
Exemplo est  
haq; Deus  
erit, & in igr  
Martyr beatus

illi corpus, ait. Sic Deus dabit illud corpus gloriosum homini.

4. Sicut autem Deus induit semini corpus suum, vtd quod seminatum est, sit eiusdem generis, cum eo, quod nascitur: ita dabit Deus unicuique homini (ratione essentia) idem illud corpus, quod antea habuit, & quod per mortem & sepulturam fuit seminatum in terram.

## L O C I.

I. Sicut in cæteris fidei articulis, qui cum ratione humana pugnare videntur, caro nostra semper querit Qvomo-  
modo, ita etiam in hac materia de resurrectione mortuorum. Vbi sane multi adhuc sunt inter nos Corinthii, Sadducæi, qui in corde suo non credunt huic ipsum, quem ore profitentur, articulum symboli vndecimum. At si de omnipotentia Dei, cui nihil impossibile, (ipso angelo teste, Luc. I. v. 17.) & filii ipsius, (de quo Phil. 3. v. 21. docemur) omnino vellemus dubitare, ipsa tamen natura nos iubet omnem dubitationem seponere, dum ex grano emortuam elegans corpus nascitur quotannis. Tacco exempla resuscitatorum, quæ a libi ex scripturis veteris & noui Testamenti in magno numero citauimus, vt de his amplius dubitare nefas sit: nisi fidei naufragium pati velimus, &c. de his sæpius supra.

II. Plus autem in recessu habet illa similitudo de grano. Granum frumenti repositum in horreo nullum fert fructum, nec est idoneum ad cibum: nisi vel mola conteratur, vel in agrum proiciatur & moriatur. Sic homo Christianus, nisi aduersitatibus conteratur, in igne afflictionis coquatur, & moriatur, non est idoneus, vt fiat cibus celestis cotam domino. Si enim voluptati huius mundi operâ dat, plane inutilis est ad bona opera.

Exemplo est Dauid ociosus, 2. Sam. II. v. 1. & 2.

Itaq; Deus nos quasi in molendino afflictionum conterit, & in igne tanquam in fornace præparat. Ignatus Martyr bestis obiciendus, cum leones audiret rugientes, dixit:

dixit: frumentum Domini sum, dentibus bestiarum molatur, ut panis mundus inueniatur.

Sic afflicti de seipsis idem statuant.

III. Consolationem magnam ex hoc loco petere debent, qui in hac terra corpora gestant morbida, & variis ægri tudinibus, deformitatibus, &c. obnoxia, cum audiunt Deum daturum illius corpus, in resurrectione, integrum, formosum, validū, &c. iuxta id 1. Cor. 15. v. 43. Iob solatur se cap. 19. v. 29. quod sit induendus cute & carne, non scabiosa, sed gloriosa, (iuxta id Phil. 3. v. 21. C & talis, in qua Deum videre possit. Aberunt enim omnes infirmitates & deformitates.

F I N I S.

T H E M A L I V.

1. Cor. 15. v. 42.

*Stella à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum.*

D I S P O S I T I O.

Naturaliter omnes fere sic affecti sumus, ut quadam ingenii curiositate moti, semper cupiamus singularia quædam noua inaudita atque abscondita inuestigare, quæ interdum nec scitu vtilia, neque etiam necessaria sunt: adcoque plus damni quam emolumenti nobis conferunt. Ideoque scriptura interdum monet, ut curiositatem illam compefcamus: præsertim in diuinis mysteriis. At hoc loco Paulus nobis singulare aliquod mysterium prodit, de quo alibi in scripturis pauca reperiuntur. Neque vero hoc Paulus nobis reuelasset, si non intellexisset, ex hoc loco nos habituros plurimum vtilitatis.

Estque (ut rem ipsam proponamus) hic Paulo sermo, de gradibus siue differentia gloriæ beatorum in vita æterna, quam materiam similitudine ab astris sumpta tractat. Hæc itaque & iucunda & vtilia iam paucis explicabimus: deinde ad quid hæc omnia conducant, subiiciemus.

*Textus.*

## Textus.

Sicut stella à stella differt, in gloria; ita erit resurrectio mortuorum, inquit Paulus. Hoc autem vult. Omnes quidem stellæ sunt corpora lucidissima, & à creatore sic ornata, ut ipsius bonitas, & omnipotentia inde possit cognosci.

Maior tamen est splendor & claritas (quam hic Paulus gloriam [*deus*] vocat) solis quàm lunæ; & vna stella lucidior altera.

Omnes sunt in cælo, omnes lucent, omnes sunt clarissimæ: vna tamen aliam superat partim luminis copia, partim magnitudine, &c. Ita, inquit, resurrectio mortuorum erit.

Hæc verba duplicem admittunt sensum: qui tamen libi non est contrarius.

Primum enim sic intelligi possunt: quod si corpora beatorum post resurrectionem conferantur ad pristinam illorum conditionem, sicut in hoc fuerunt seculo, tum ingentem fore differentiam, nec minorem, quàm sit solis splendidissimi, si conferatur ad stellam, quæ minimam habeat luminis copiam.

Deinde vero hæc sensus verbis Pauli accommodatio esse videtur, cum statuimus, Apostolum loqui de differentia graduum gloriæ, quæ sit futura inter electos ipsos & beatos: quod alius maiori gloria alio sit ornandus in ipsa vita cælesti.

## L O C I.

Primum D O C E T hic Paulus locus, fore in vita æterna gradus gloriæ, & alium maiori, alium minori claritate, atque gloria ornandum.

Hoc etiam Propheta Daniel cap. 12. insinuat, scribens: quod alii fulsuri sint ut stellæ, alii ut splendor firmamenti. Potest id ipsum euinci ex 1. Cor. 3. v. 8. vbi dicit, unumquemque receperunt mercedem iuxta suum laborem. Sicut igitur laborum est differentia magna, ita etiam erit retributionis in altero seculo ingens differentia.

P A T E T

Patet id manifeste ex contrario, scilicet, de gradib<sup>9</sup> damnationis: de quibus Christus aperte pronunciat, Luc. 10. v. 12. Tolerabiliorem fore damnationem Sodomitaram, quam eorum, qui non sint admissuri Apostolos: & tolerabiliore fore damnationem civium Tyri atque Sidonis, quam eorum, qui in Chorazin & Betsaida habitent.

Item, Matt. 23. v. 15. Facitis filium gehennæ duplo magis, quam vos estis.

Ita quoq; erunt gradus, aut differentiæ graduum gloriæ in vita æterna.

Norandum autem, hæc sobrie debere intelligi, & tractari coram vulgo.

1. Non erunt illi gradus respectu beatitudinis vel gaudii: sed gloriæ tantum ratione: prout fuit conditio eorum, qui seruiert Deo in sua vocatione. Vide compend, D. Herebrandi.

Maior certe erit gloria Martyrum, Prophetarum, Apostolorum, Patriarcharum quam aliorum.

2. Nihilominus tamen **satishabebit** felicitatis & gaudii, qui infimo loco sedebit in vita æterna. [Loquimur enim de his rebus more humano. Oculus autem non vidit, 1. Cor. 12. v. 9 ] Eadem enim omnes beatitudine fruentur, vt nemo sibi plus gaudii sit optaturus.

3. Nec quisquam amplius inuidebit alteri: quia erunt omnes perfecte sancti & sine peccato.

Nec dolor, nec clamor amplius, Apoc. 21. v. 4. ita nec æmulatio nec inuidia erit. Alias non esset perfecta felicitas.

**II. CONSOLATIONEM** ex hoc loco pauperes & abiecti, & omnes illi qui Deo cupiunt seruire, ac nihil nisi contemptum mundi inde reportant, possunt capere maximam: quod licet hic semper reiciantur, tamen ibi pari cū aliis felicitate sint donandi: & præferendi omnibus impiis, qui ipsos habuerunt in derisum, vt habent verba, Sap. 5. v. 3. & seq. vide ibi plura.

Accipient illic pii amplissima præmia & collocabuntur in

ecum locum  
Neces in  
III. Admo  
pe præferunt  
uorant in m  
ria. Neq; eni  
earum, A. Ch.  
tanta opera &  
actu, Sap. 5. v.  
accipui. Vid

Seminat  
destruatur  
restituatur  
de. resurgit &

In hoc ca  
tionem, off  
dri abfurdan  
ti, &c. Hanc  
pæfecto,  
um & resusc  
miam, eleg  
Eit autem  
pæpæ, vbi si  
tionem pæ  
etiam

in eum locum, vbi perpetuo licebit gaudere & exultare  
Merces in cælis, Luc 6. v. 23. & 35.

III. Admoneantur autem hi, qui in his terris aliis semper præferuntur vt magnates, illustres, nobiles, diuites & honorati in mundo: non idem de ipsis futurum in altera vita. Neq; enim apud Deum respectus dignitatis aut personarum, Act. 10. v. 34. Deut. 10. v. 17. & 16. v. 19. Accipient iuxta opera & multi excludentur à regno cælesti cum gemitu, Sap. 5. v. 8. & 9 & 13. qui hic fuerè omnium primi & præcipui. Vide Esa. 14. v. 11. & seq.

## F I N I S.

## THEMA LV.

I. Cor. 15. v. 43. &amp; 44.

*Seminatur in corruptione, resurgit in corruptibilitate.  
Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Semuatur corpus animale, resurgit corpus spirituale.*

## D I S P O S I T I O.

In hoc capite Paulus probaturus mortuorum resurrectionem, ostendit illam non debere rationi humanæ videri absurdam; cum eadem sit ratio corporis que granitrici, &c. Hanc similitudinem Paulus retinet etiam hoc loco prælecto, & collationem instituit inter corpus sepulcrum & resuscitandum, & quantum gloria superet ignominiam, eleganter ostendit.

Est autem quadruplex Collatio, *Ein vierfacher Gegensatz*; vbi singula verba habent Emphasin. Illam collationem primum examinabimus, & postmodum etiam doctrinas ex hac collatione petendas paucis annotabimus.

das paucis annotabimus.

COLLATIO autem sic habet:

Corpus sepeliendum est terrenum.

Ἰφθαγγὸν. Corruptibile.

Propter peccatum: quod est ærugo consumens. Datum enim est peccanti Adamo, in terram reuertis, Genes. 3. Itaque ammittimus substantiam, formam, qualitatem, & quantitatem.

Hinc quotidie expectanda mors.

Ad summam anni 80. Plal. 90. v. 10. Et quod pretiosum labor &amp; dolor.

In nihilum tandem redigimur, Puluis, cinis, Syr. 10. versic. 9.

Ἄτιμον. Inglorium

1. Peccatum enim nobis sædam inuolit maculam. Hinc mors & morbi omnes, peccati stipendia, Rom. 6.

2. Mors sæda & sætida. Et post mortem fœtidum & putidum cadauer. Ex corpore hominis nascuntur vermes, serpentes, bufones ex medulla Plin. lib. 10. cap. 66. Augustinus Serm. 48. ad fratres in eremo.

Hinc

Corpus resuscitandum est celeste.

Ἄφθαρτον

Quod nulla amplius mors tangit, nullus dolor, nullus morbus affligit, Apoc. 21. v. 4. Non sentiet ultra decrementum aut defectum.

Hic omnia sunt corruptibilia: ibi vero beata immortalitas, absque omni corruptione.

Perpetuum gaudium, Plal. 16. v. 11. Iubileus perpetuus.

Ἐντιμον. Ἐδοξον.

1. Quia aberit peccatum, & iusticia Christi imputatur per fidem, Rom. 4. v. 5.

2. Quia corpora glorificata erant, Phil. 3. v. 21.

Angelis similes erimus, Matt. 22.

Dominabimur vt reges cœlestes, Luc. 22. v. 30.

Gott wird sein lust an uns sehen.

Alle Engel werden sich vnser freuen,

Maior

Hinc lex  
notum  
Rom. 19. ve  
stabiliter  
Omnia or  
no auferunt  
et cambiam  
Adrianus re  
Noni ten  
reg / hibi die

Corpus re

A

Infimum  
vero quam  
dore exung  
Prima ve  
t. 3. Partus  
lotes. Non  
rus cibum  
quere: n  
bruta po  
stendere.

in seben /  
uipetur.  
Adolescen  
abdas, sub  
tin, marcel  
sæctus t  
remala.  
Hæreditu  
suecia.

Por

Sola anim  
Opus hab  
tatio.

Hinc lex vetat attingi mortuum.

Num. 19. vers. 11. Syr. 10. schändlicher Raath.

Omnia ornamenta mortuo auferuntur: nihil præter camisiam relinquitur. Saladinus rex Asiae.

Man wendet das Gesicht weg / hebt die Nasen fur / re.

Corpus terrenum est.

A'  $\theta$  evés

Infirmum vas. Infans in utero quam infirmus est, vt odore extingui possit.

Prima vox fletus, Sap. 7. v. 3. Partus difficultates dolores. Non potest recens natus cibum aut potum solus quætere: non graditur, sic ut bruta possunt; non sese defendere. Man muß büßden/heben/tragen/wünschen/wäschen/re.

Adolescens qui videtur validus, subito vt rosa concidit, marcescit, &c.

Senectus tarda, infirma tremula.

Hæredibus risus. Vermibus esca.

$\Psi$ υχιόν.

Sola anima vegetatur.

Opus habet adiumento externo.

Vesci-

Maior gloria corporum erit, quam in transfiguratione Christi, Mat. th. 17.

Corpus caeleste est.

E'ν  $\delta$ υραίν.

Resurgens erit corpore valido, vegeto, perfecto.

Sine macula, sine defectu.

Fortior erit homo Samson.

Viucior Mose.

Nullius creaturæ opera amplius indigebit.

Weder reiten noch fahren.

Non superabunt aliæ creaturæ ratione sensuum, sicut hic, nos aper auditu prætellit, &c.

$\Pi$ νευματινόν.

A solo spiritu immediate regitur.

Oo 2 Sine

Vescitur, bibit, concoquit, quiescit, dormit, &c.  
Nimpe zu bad ab/ ic.

Graue est. Deorsum tendit.

Impeditur facile ab omni obstaculo, *Mauer/ Thür/ Thor/ haltens auff.*

Sine cibo & potu sustentabitur, vt Moses, Elias.

Non crescit, sicut nec Angeli.

Potest seipsum eleuare sursum, vt Christus ascendens Elias.

In igne & aqua potest consistere.

Penetrare saxa & ligna, vt Christus post resurrectionem.

Vno momento potest esse ubi vult.

#### Haecenus collatio Paulina.

1. Præter hæc quæ diximus, norandum etiam vocabulum *seminationis*. Sic enim vocat (vt Chrysostomus habet) illam in terram mortuorum corporum tumulationem, dissolutionem, cinerem. Et de seminatione loquens vititur tamen vocibus corpori propriis. De corporibus autem seminum nomina usurpauit.

2. Deinde vocabulo resurgendi vititur in præsentem. Non enim inquit, resurget, sed *resurgis*, propter certitudinem resurrectionis, ac si illam iam præsentibus oculis aspiceremus.

#### LOCI.

I. Magnam consolationem capere possumus ex eo, quod corpus nostrum miserum & afflictum, suo tempore prodibit tam gloriosum & validum. Hoc maxime Hiobum solatur, cum gestaret corpus scabiosum, morbidum, &c. Hiob. 19. v. 26.

Patientiam igitur in nobis excitare debet illa Paulina collatio, imo verius *promissio* firmissima. Tantoq; magis apud animos nostros firma esse debet hæc consolatio. q̄  
tam

un certus est  
tuo loquor

Potest quoque  
calere: cum

quod grauum  
magis glorio

Thema præce

11. Quod

infirmitate. &

libet de pec

infamiam &

Itaque 1. p.

tanus v. illu

Cor. 9. v. 27

1. Hæc igitur

nam alteru

copiamus e

Rom. 8. v. 1

Sicut gestat

maginem co

Sicut olim

si fuerat de

reurrectioni

mor facere

ctione pio

radimus

non monet,

alicia & ca

tam certus est Paulus de his rebus, vt tanquam de præsentibus loquatur de futuris: in tercio scil. cælo sic edoctus.

Potest quoque illa seminationis similitudo nos de his erudire: cum id ipsum in natura sequenter fieri videbimus, quod granum emortuum nascitur, & secum fert corpus magis gloriosum, quam erat id quod seminatum est. Vide Thema præcedens LIII.

I. Quod de corporis terreni corruptione ignominia infirmitate, &c. dicitur, ad admonitionem facere, debet, vt scilicet de peccato subinde cogitemus, quod nobis illam infamiam & afflictionem corporis miseri accersuit.

Itaque 1. peccatum detestari discamus: & non concedamus vt illud regnet, Rom. 6. v. 12. sed domanda caro, 1. Cor. 9. v. 27.

2. Hæc ignominia & infirmitas excitet in nobis desiderium alterius vitæ, vtque prompto animo moriamur, & cupiamus cum omni creatura liberari ab hac vanitate Rom. 8. v. 19. Phil. 1. v. 23

F I N I S.

## THEMA LVI.

1. Cor. 15. v. 49.

*Sicut gestauimus imaginem terreni, ita & gestabimus imaginem cælestis (Adami.)*

## DISPOSITIO.

Sicut olim Paulo teste, 1. Cor. 15. ver. 29. baptisati sunt ad funera defunctorum, vt admonerentur mortalitatis & resurrectionis: ita hodie recte fit, cum in funeribus instituntur sacre cunciones, quibus Ecclesia de morte & resurrectione piorum eruditur. Nos itaq; in præsentī funere tractabimus verba prælecta, in quibus Paulus Christianos monet, quod sicut imaginem Adami terreni, hoc est miseriam & calamitatē gestarunt in corpore suo mortalis: ita

Oo 3 vicif.

vicissim gestaruri sint gloriosum corpus, iuxta formam corporis Christi glorificati.

Dicemus igitur 1. Quomodo imago terreni Adami, sit futura conformis imagini cœlestis, id est, Christi.

2. Deinde usum huius tractationis subiiciemus.

### I. Pars.

1. Quia Adamus genuit filios ad imaginem suam, ideo gestanda imago terreni Adami, hoc est corpus miserum & afflictum: dum sumus in hac vita mortali. At post hanc vitam corpus nostrum reddetur cōforme corpori Christi glorificato Phil. 3 v. 21. Erit hoc idem corpus, ratione substantiæ, sicut & Christus post resurrectionem pristinum habet corpus: sic enim ipse dicit Luc. 24. vers. 39. ego ipse sum, quem prius manibus suis contrectarunt, 1. Joh. 1. v. 1. Aliis autem qualitatibus est ornatum corpus, ut iam possit penetrare per saxum, per ianuas clausas. Sic enim Joh. 20. v. 19. & 26. *ⁱ⁹⁹⁹* *ⁱ⁹⁹⁹* *ⁱ⁹⁹⁹* *ⁱ⁹⁹⁹* ianuis clausis. Sic enim Patres, & in his Augustinus maxime, senserunt.

Sic nos quoque post resurrectionem idem gestabimus corpus ratione substantiæ. Job. 19 v. 27. Ego & non alius.

Taxandi hic, qui tantam minutissimam quandam de corpore substantiam, non hoc ipsum corpus resurrecturum, somniant, &c.

Qualis vero sit futura alteratio, patet ex collatione illa Paulina, 1. Cor. 15 v. 43. Non tamen erit spiritus, qui carnem & ossa non habet, Luc. 24 v. 9. sed spiritualibus proprietatibus ornatum corpus.

Spiritualia dicuntur, sed non sunt spiritus, nisi quia ad nutum spiritus seruient, August. serm. 147. de temp. erunt corpora subtilia: vbi volueris, eris, sed à Deo non recedes Idem, ibidem.

Non obstabit murus, ianua, sed mira erit facilitas: Quia aberit corruptio dolor, &c Apoc. 21 v. 4.

2. Dum gustamus imaginem Adami terreni, multi apparent in corpore mortali defectus, imo etiam in intellectu.

lecti. Etenim

11. Multi

que somus,

pus, magna

spe deorum

estabiles

1. At cum

emita myth

Deus erit on

rum cogni

ut Adam os

quam vilos,

2. Corpo

ham, quin p

imecturi c

Deus vitam

quod illis t

opere Dei s

lib. 1. c. 1.

Idem se

erat access

feminarum

imo a sumi

ificabit

summa con

tempore: co

tempore: co

indireluga

ⁱ⁹⁹⁹

Alloquin

que carcat

ratio, illi

ferri.

1. Corpo

cœlestis Ad

bus cicatio

fectu. Etenim ex parte tantum cognoscimus, 1. Cor. 13. v. 12. Multa <sup>de p[ro]p[ri]e</sup> 2. Cor. 12. ver. 4. In speculo cernimus. Et quæ scimus, multo labore didicimus. Quantum ad corpus, magna est tarditas, donec adolescit infans. Magna sæpe deformitas. Indigentia cibi & potus. Miseriæ innumerales.

1. At cum gestaturi sumus imaginem cœlestis Adami, omnia mysteria perfecte cognoscemus, 1. Corint. 13. v. 12. Deus erit omnia in omnibus. Habebimus etiam aliarum rerum cognitionem. Agnosceamus omnes nos mutuo sicut Adamus Etiam; Petrus Mosen & Eliam, antea nunquam visos, Matth. 17. v. 4.

2. Corporis nulla erit imperfectio. Hinc non est dubium, quin pueri etiam, in infantili ætate mortui, sint resurrecturi ea statura, quam habituri fuissent si dedisset Deus vitam longiorem. De hoc eleganter Augustinus, quod illis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo opere Dei miro atque celerissimo recepturi. De Ciuit. Dei lib. 22. c. 14.

Idem serm. 147. de temp. Reddetur munere quod illis erat accessurum tempore. Resurget enim in *diuina* *sed*, quod seminatam erat in infirmitate, 1. Cor. 15. v. 14. Christus enim assumpsit infantes. Hebr. 2. v. 14. Ergo illos quoque clarificabit: quorum est regnum cœlorum, Mar. 10. v. 14. Summa comprehendit Augustinus omnia, serm. 147. de tempore: corruptionem tolle, & quod vis adde. Etiam in vtero mortui, adeoque inter mortuos & sepultos numerandi resurgent: quia omnes in vitam reuocabuntur sepulchri, Joh. 5. v. 28.

Alioquin statuendum, esse in manu Dei animam, quæ careat corpore. Qui vtero non vitam habuerint in vtero, illi non inter mortuos nec sepultos possunt referri.

3. Corporis quoque omnis deformitas aberit, quando cœlestis Adam imaginem gestabimus. Quod enim Christus cicatrices seruauit, per dispensationem seu *circum-*

*parca* (vt veteres loquuti sunt) factum est: vt sic sanaret vulnera in cordibus Apostolorum, hoc est, incredulitatem, vt Augustinus habet, Sermon. 18. super Euang. Matth. de verbis Domini.

4. Nec cibo aut potu indigebit homo, post resurrectionem. Quod enim Christus manducasse cum suis legitur, Johan. 21. v. 13. non erat indigentiae: sed vt diximus antea, per dispensationem factum est.

Aliud de cibo & potu, Luc. 22. v. 39. *parabolica est locutio*: potest explicari per id Psalm. 16. v. 11.

Erimus non similes Angelis, Matth. 22. v. 30.

Quod manducavit Iesus, potestatis non egestatis erat, ait August. Sermon. 14. de tempore.

### II. Pars.

Hæc quæ diximus multum doctrinæ & consolationis continent. Paucula tantum attingemus.

Primum enim faciunt ista, contra impatientiam, in tot & tantis miseris huius corporis afflicti: dum hic subiaceamus vanitati, Rom. 8. v. 20.

Vermium esca fit homo, Syr. 10. 13. Vide cumulum miseriarum, Syr. 41. ab initio, iuxta vers. latinam. At nihil hoc impedit gloriosam illam resurrectionem, vbi Christo erimus similes. Phil. 3. v. 21. & Angelis, Mat. 22. v. 30. Ideoque non sunt pares afflictiones, Rom. 8. v. 18. Quin imo, si comparimur conglorificabimur, Rom. 8. v. 17. & corrigabimur. 2. Tim. 2. v. 12. Resurrectioni ipsius similes, Rom. 6. v. 5. Montanea leuitas, 2. Cor. 4. v. 16.

Deinde vero hæc quæ supra diximus in nobis debent excitare desiderium emigrandi ex hac vita. Quia enim hic dum transimus vallem lachrymarum Psalm. 84. v. 7. tot sumus obnoxii calamitatibus, cur non cupiamus esse cum Christo. & dissolui, vt melius sit nobis, Ph. 2. v. 23. Cupiamus liberari cum omni creatura, Rom. 8. v. 19. Desideremus superindui, 2. Corinth. 5. v. 2. Vt esset labor & dolor Psalm. 90. v. 10. & fletus, Psalm. 30. v. 6.

NOTA.

Not  
ta in fune  
fuit. An.

Ecce my  
nismus, om  
in momento  
Canet en  
inmutabim  
corruptibili  
um.

Mitum  
explicatio  
sterium co  
gatores Sol  
tin quod  
sue plurim  
bimus iraq  
uocabimus  
1. Qui  
2. Quo  
3. Quæ  
Quæ lan  
abscondita  
quam hic, 8

Potant G  
uouissimum

NOTA. Extat vberior huius Thematis tractatio tradita in funere illustri D. Joannis Baronis in *Sprinzenstein*/r. An. 1504. 21. Feb. typis excusa.

F I N I S.

## THEMA LVII.

1. Cor. 15. à v. 51. ad 54.

*Ecce mysterium dico vobis. Non omnes quidem obdormiemus, omnes tamen immutabimur in puncto temporis, in momento oculi per extremam tubam.*

*Canet enim & mortui resurgent incorruptibiles & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem & mortale hoc induere immortalitatem.*

## DISPOSITIO.

Mirum profecto fuerit, si non huius loci lectionem & explicationem attentissime audiamus: partim quod mysterium continet: (sumus enim alias mysteriorum indagatores solliciti, & sæpe plus quam par est inquirimus) partim quod audimus, non omnibus esse moriendum. Hoc sane plurimis esset nuntium exoptatissimum. Considerabimus itaque hæc omnia diligentissime, & tria præcipue notabimus.

1. Qui non sint morituri, sed tantum immutandi.
2. Quomodo & quando futura illa immutatio.
3. Quare illa immutatio sit necessaria.

Quæ sane omnia verè sunt mysteria, carni & sanguini abscondita: nusquam etiam reuelata in scripturis, præterquam hic, & 1. Thess. 4. v. 15. & seq.

## I. Pars.

Putant simpliciores nonnulli, tum demum venturum nouissimum diem, cum omnes homines fuerint mortui,

O o 5

ideo

ideoque saepe sunt felicitati, per quem ultimus de sanctis sit mandandus, &c.

1. Ideoque Paulus nobis hic in signo mysterium pandit: quod *non omnes* sint morituri ante diem extremum. [Vbi simul hoc etiam notandum, quod utitur vocabulo *obdormitionis* sicut alias sapissime & in hoc capite & alibi.]

2. Quinam autem non sunt morituri? Quos nouissimus dies viuos est deprehensurus. Quod futurum de multis non tantum electis, sed pluribus, apud quos filius hominis vix est inuenturus fidem, ipse saluator asserit, Matt. 24. v. 12. & Luc. 16. v. 8.

Conueniunt cum his quae Paulus habet, 1. Thess. 4. vbi loquitur de his qui *reliqui sint futuri* in aduentu Domini, v. 15. & 17.

3. Quid autem futurum est de his, qui superstites sunt mansuri? *Omnes immutabuntur*. Non morientur quidem sicut caeteri, sed immutandi sunt. Quae immutatio illis erit loco mortis.

Hoc mysterium Paulus didicit in tertio caelo: & consolationis causa nobis voluit patefacere. Erunt quoque alia hic breuiter antequam pergamus, noranda.

I. Discere possemus, quae nam mysteria sint inuestiganda, haec se quae habent fundamenta in sacris scripturis. In caeteris non indulgendum curiositati, Rom. 11. v. 33.

II. Possemus etiam explicare similitudinem illam scripturae, quod mortui dicuntur *obdormire*. De hac supra sapissime diximus, praesertim in explicatione locorum, Luc. 8. & Joan. 11.

III. Discamus ex hoc Pauli loco intelligere articulum symboli VII. in quo dicitur Christus venturus ad iudicandum *viuos & mortuos*.

Quod Pontificii ineptissime ad eos torquent, qui sint in purgatorio illo ficto, & iam dudum à nostris exploso. Viui autem hi sunt, qui nunquam sunt mortui, quod de immutatis Paulus pronuntiat loco supra citato, 1. Thess. 4. Hos cum mortuis iudicabit Christus.

IV. Ne-

IV. Ne  
sicut illu  
illuc capite  
illuc priu  
V. Quod  
pellites ma  
communica  
cer in tertiu  
mysteria, &  
Domini. Sic  
7. ego non

1. Dirim  
De hoc Pau  
in  
oculi. Q  
re: quod  
vix possit  
&c. 2. Reg  
2. Qu  
hil est al  
Joan. 5. v. 2  
inabuntur  
1. Thess. 4. v.  
vix os vix  
occlusus, q  
Quando ill  
tum sic im  
Loc v  
sua nouiss  
contra Dom  
2. Nullam  
sua habeb  
sua sunt, q

IV. Nemo cogitans de aduentu nouissimi diei exhortescat illum. quia non erit metuendus dolor mortis. At tollite capita. Instat redemptio, Luc. 21. v. 28. Hoc erit illorum priuilegium quod non est ipsis moriendum.

V. Quod Paulus se etiam connumerat his, qui sunt superstites mansuri, hic & 1. Theff. 4. ( vitur enim figura communicationis utrobique) patet ne ipsum quidem; licet in tertium cœlum raptum & edoctum de maximis mysteriis, aliquid certi habuisse, de tempore aduentus Domini. Sicut nec Angeli sciunt, Matth. 24. v. 36. Act. 1. v. 7. Ergo non docet nos velle calculare tempus.

## II. Pars.

1. Diximus superstites immutandos. Quomodo id fiet? De hoc Paulus sic tantum nos docet, quod sit futurum, *est à tempore*, in puncto temporis. Et repetit idem, in momento oculi. Cætera ex historia Enoch & Eliæ licet coniectare: quod corpora sint sic immutanda, vt statum alterius vitæ possint ferre. Sicut Elias potest ferre currum igneam, &c. 2. Reg. 2. v. 11.

2. Quando id fiet? *tempore extrema tubæ* Tuba illa nihil est aliud, quam vox illa omnipotentis Domini, de qua Joan. 5. v. 28. & 1. Theff. 4. v. 16. Per quam primum resuscitabuntur mortui; quos non sunt præuenturi viuentes, 1. Theff. 4. v. 15. Idem hoc loco Paulus etiam iunxit. *Sondern es wird mit ihm andergew.* Mortuorum & viuorum occurfus, quando rapientur per aera, 1. Theff. 4. vers. 17. Quando illi prodituri sunt ex monumentis, tum viuorum fiet immutatio.

Loc vs. Si non ita placeat Deo, vt viuamus vsque ad diem nouissimum, sed hic moriamur: non murmuramus contra Dominum, quod non etiam nos immutare voluerit. Nullam enim ratione illius occurfus, in aduentu Domini, habebunt prærogatiuam viuentes. Simul enim viui & mortui sistentur ante Dominum. Quia autem tempora mala sunt, oremus, veni Domine cito, Apoc. 22. v. 20.

## III. Pars.

## III. Pars.

At quare necesse est, superstites illos sic immutari, an non possent viui ingredi alterius vite statum. Resp. Paulus, non posse illud fieri. Quia necesse sit vt corruptio induat incorruptibilitatem, & mortalitas immortalitatem. Per illam immutationem igitur amittunt corruptionem & fiunt immortales: sicut ceteri in sepulchris fiunt, de quibus 1. Cor. 15. v. 42.

LOCVS. Non graue sit nobis mori: quia caro nostra non potest videre regnum Dei nisi induat *αφθαρτον* quod hic absque mortis interuentu, ante nouissimum diem fieri non potest. Resurget autem *ἀφθαρτον*, quod seminatum fuerit *φθαρτον*. In bonum itaque nobis ista feminatio creditur.

QVÆSTIO hic oritur, quare Deus non idem hic faciat de omnibus, quod facturus est in nouissimo die: hoc est, quare non omnes immutet absque mortis interuentu? Resp. Sic placuit ipsi. In hoc acquiescamus. Ipsi enim nihil iniuste placet. Posset pascere nos absque pane: sed non vult.

F I N I S.

## T H E M A LVIII.

I. COR. 15. v. 54.

*Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorta est mors in victoriam. Vbi tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria?*

## D I S P O S I T I O.

Dixerat Paulus supra in hoc capite, v. 50. Carnem & sanguinem regnum Dei hereditate non posse. Hanc ob causam necesse esse, vt corruptibile induat *ἀφθαρτον*, addidit ipse, v. 53.

Hoc

THEM

Hoc autem  
toccilla  
est, si a te  
erudit nos d  
immuatio  
& gloriosa e  
etiam veteri  
get, tractar  
nit, primum  
vitar, de ill  
Deinde e  
scipianis Pr

I tale  
pibile indi  
quos sup  
Similis  
nos super  
Compe  
& attrita  
cienda sit  
ipagna,  
terna sit  
Locvs  
tum permu  
te. Monem  
cum nemo  
cum pro ill  
guzilina  
nem & co  
Causa  
Paulus e  
Phil. 1. v. 2  
Non pos  
& facti inco

Hoc autem futurum est, vel in morte, vel in immutatione illa, de qua v. 51. & 52. Interim tamen nondum satis est, si aeternum beati esse velimus; ideoque Paulus etiam erudit nos de fine & euentu resurrectionis sanctorum, vel immutationis etiam: scilicet de Triumpho sempiterno & gloriosa contra mortem & infernum victoria. De his etiam veteris testamenti scripturae, quas Paulus hic allegat, tractatur. Quia vero Apostolus, dum hæc proponit, primum eleganti similitudine indumenti siue vestis vititur, de illa primum aliquid dicemus.

Deinde etiam carmen triumphale, quod Paulus ex scripturis Prophetarum repetit, considerabimus.

I. Pars.

Præterea (ait Paulus) induet immortalitatem, & corruptibile induet incorruptibilitatem. Eadem phrasit vititur quoque supra versu præced. 53. in hoc capite.

Similis ferè est illa 2. Cor. 5. v. 2. 3. & 4. vbi etiam vult nos superindui, &c.

Comparat corruptionem & mortalitatem vesti laceræ & attritæ, imo penitus absumptæ: quæ exuenda & abicienda sit. In cuius locum induenda sit immortalitas & ἀθάνατος, tanquam vestis munda, preciosissima & quæ æterna sit futura.

Loc vs. Antequam pergamus, sciendum est, hanc lætam permutationem, non carere doctrina & consolatione. Monemur enim, vt prompto animo moriamur. Sicut enim nemo inuitus deponit vestem sordidam & laceram, cum pro illa offertur vestis munda & noua atque elegantissima: ita nemo debet inuitus deponere mortalitatem & corruptionem, &c. Wir treffen doch einen guten Tausch.

Paulus eligit esse cum Christo, quia scit id esse melius. Phil. 1. v. 23.

Non possumus autem ad meliorem statum transferri, & fieri incorruptibiles nisi prius moriamur.

Sole

Soletur itaq; nos hæc læta permutatio in morte, Hiob. 19. v. 25. circumdabor pelle hæc: scilicet renouata, & immutata in melius. Eandem ob causam scriptura etiam comparat nostra corpora tabernaculo ruinam minanti, 2. Cor. 5. v. 4. *Einer alten hawfälligen Hütten / die immer Eracher.* 2. Pet. 1. v. 13. & 14. Tugurio, Esa. 3. v. 12. Vt desideremus & inquiramus vitam meliorem, cum patribus, Heb. 11. v. 16.

II. *Pars.*

Quando illa de qua diximus læta permutatio fiet, tunc complebitur verbum Domini, quod per Prophetas olim de gloriosa sanctorum resurgentium victoria est proditum.

De qua primum Esaias. c. 25. v. 7. & 8. dixit, hunc ad modum: Et absorbebit in die isto superficiem operimenti, quæ operiti sunt omnes populi, &c. Absorbebit mortem in sempiternum. Auferet Dominus lachrymam ab omni facie & opprobrium, &c.

Ibi propheta de resurrectione sanctorum vaticinatur, quod tum mors penitus sit abolenda, vt nullum amplius ius possit exercere electos. Id comprobat visio illa Ioannis, Apocal. 20. vers. 14. mors erat abiecta in stagnum. Et Apocalyp. 21. versu 4. vbi ibidem locus Esaiæ citatur, Mors non erit amplius, &c. Alter locus extat, Hoseæ 13. vers. 4. vbi sic ait: De morte redimam eos. Ero mors tua o mors, &c. Quod Paulus hic per interrogationem exprimit, sententiam eleganter reddens, propter rei certitudinem. Hæc omnia tum demum complenda asserit Paulus, cum sancti à mortuis resurrexerint. Ibi tum sunt insulsa cum morti & inferno, imo ipsi etiam Diabolo: à quibus olim videbatur ipsis imminere periculum deurationis & inreacionis, &c.

Loc vs I. Videmus Articulos illos symboli de resurrectione mortuorum & vita æterna, non tantum in nouo Testamento esse demum inuentos aut Ecclesiæ traditos, sed

sed etiam in  
rethomon  
16. v. 19. &  
impetrare lo  
autuq; dicit  
Erit illa san  
tuit desider  
Paulus. Illi  
plo esse possi

II. Quo  
quibus Plat  
petere debent  
culant in c  
as ab his ho  
tem etiam m  
perfecte sen  
tempet est p  
c. v. 12.

Pugnati  
v. 11. & seq  
Conter  
tam, Rom  
1. Joh. 4. v.  
picipatur  
1. Bene

In omni  
non et non  
unum deser  
uorificatio  
vita 1. 1. 1.

sed etiam in veteri exstare descriptos. Huc pertinent illa testimonia, Psal. 6. v. vit. Hiob 19. v. 2. Dan. 12. v. 2. Efa. 26. v. 19. & 20. Exemplo Enoch & Eliæ, & infinita alia scripturæ loca passim in Psalmis extant. Quanto autem antiquior doctrina, tanto est certior.

Et illa sane doctrina semper in animis credentium excitaui desiderium emigrandi ex hac vita. Hiob. Simeon. Paulus. Filii matris piæ misere lacerati, Machab 7. exemplo esse possunt.

II. Quos hic mortis & inferni horrores angunt, de quibus Psal. 118. v. 5. & 116. v. 3. 1. Sam. 2. v. 6. illi solatiura petere debent ex hoc loco, fore aliquando, ut ipsi vicissim insultent morti, in ferno. Certo scientes nihil se mali passuros ab his hostibus. Is enim qui Satanam debellauit, eundem etiam sub pedibus ipsorum conteret. Non quidem perfecte sentitur gloriofa illa victoria in hoc mundo, ubi semper est pugnandum cum his hostibus, Iob 7. v. 1. Eph. 6. v. 12.

Pugnat autem pro nobis ipse Dominus. Vide Apoc. 19. v. 11. & seqq.

Conteret caput serpentis, Genes. 3. v. 15. Conteret Satanam, Rom. 16. v. 20. Maior in nobis quam qui in mundo 1. Joh. 4. v. 4. Nemo rapiet, Joh. 10. v. 28. Neq; Angeli neq; principatus, hoc est spiritus maligni separabunt, Rom. 8. v. 38. Bene itaque sperandum semper.

F I N I S.

THEMA LIX.

2. Cor. 4. v. 8.

*In omnibus premimur, at non anxii reddimur. Laboramus at non destituimur. Persequitionem patimur, at in ea non deserimur. Deiciimur, at non perimus, semper mortificationem Domini Iesu in corpore circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur.*

DIS-

## DISPOSITIO.

Insignis est hic Pauli locus, ubi de tribulationibus Apostolorum grauissimis sic tractat, ut semper consolationem ipsis diuinitus paratam adiungat. Quia vero non Apostoli tantum, sed & omnes alii qui pie viuere volunt perfectionem pati necesse habent: 2. Tim. 3. v. 12. imo quicumque regnum caelorum ingredi volunt, per multas tribulationes illuc contendere debent, ideoque haec ad singulos Christianos pertinent.

Constituit autem Paulus quinq; afflictionum classes, sub quibus omnia aduersitatum & calamitatum genera, (quae homini sub sole contingere possunt) comprehenduntur: & contra singulas tribulationes praesentissima consolationum remedia offert. Illa omnia ordine examinabimus, ut cum Paulo in omnibus tribulationibus non angamur animo, non desperemus, non deseramur, non pereamus sed cum Christo viuamus in aeternum, Amen.

## I. PATS.

Primum generaliter dicit Premimur, hoc est, tribulationem habemus. Sumus *Ἐπιφύρομαι*. Et hoc quidem omnibus Christianis commune est, ut sentiant tribulationes. Additur autem, *ἐν παντί*. In omnibus *Ullenthal's wo wir hinschen / ist Creutz vnd Leiden*. Vide Catalogum harum. 1. Cor. 4. v. 11. Pius coniugibus dixit Paulus 1. Cor. 7. v. 28. quod sint habituri *Ἐπίψυ*, afflictionem, tribulationem. Et istorum quoque multae tribulationes, Pl. 34. v. 20. Omnibus dicitur, Act. 14. v. 22. *Ὅτι πολλὰ Ἐπίψυ* oportet, &c. Pressuram in mundo habetis, ait Christus. *Ἐπίψυ ἔχετε*, Ioh. 16. v. 33.

Constitutio in his pressuris additur, *Non anxii reddimur. & στενωπέγυργοι*, (Nota. Eadem phrasid exstat etiam, 2. Cor. 6. v. 12.) Et hoc vult hoc loco: Non conitricimur propterea in magnas angustias. *Wir lassen es geschehen / vnd rauffen vns darumb vor angst das Haar nit auß*. Deus enim sustentat ut hilari animo possimus ferre istas tribulationes,

tiones. Martyres læti & cantantes tormenta tolerarunt. Ap-  
 postoli ibant gaudentes, cū essent ignominia affecti, Act.  
 5. v. 41. Ideo & Paulus semper nos in domino gaudere vult  
 Philip. 4. v. 1. sicut ipse in medijs tribulationibus gaude-  
 bat (2. Cor. 7. v. 4.) supra modum. **Gott gibt einen guten  
 Muth/ vuter der Trüßsal.** Quia conscientia bona nunquā  
 lacerat: sed facit hominem intrepidum.

Hoc iam acceommodandum ad singulos pios, quibus  
 illud dicitur: Ego tecum. Ne timeas, Gen. 15. v. 1. & 26.  
 v. 24. Esa. 41. v. 10. & 43. v. 2. & 46. v. 4. Hoc facit intrepidus.

**II. Pars.**

**Laboramus.** Græcè *δυναστεύοι*. Germ. **Uns ist bang.**  
 Græca vox hoc vult, consilii inopes & incerti sumus, quid  
 faciendum. Foris pugnae, iatus terrores, 2. Cor. 7. v. 5. Sæ-  
 pe certe Christiani talibus iactantur casib⁹, vt si iuxta du-  
 ctum carnis & sanguinis atque rationis velint iudicare,  
 plane de ipsis actum videatur: nec superstit spes elabendi.  
 Exemplo est Josaphat 2. Paral. 20. v. 12. Nescimus quid faci-  
 ciamus. David id ipsum sæpe expertus est. Idem multi ho-  
 dic.

**CONSOLATIO. At non desistimus.** **Wir verzagen  
 niht.** Græcum verbum *ἐκλυθησόμεθα*, hoc vult, non in-  
 opia consilii frangimur non animo concidimus. Est fere  
 eadem huius sententia quæ prioris. Hoc vult: Non finit  
 tamen Dominus nos consilii inopes desperare: sed semper  
 monstrat viam, qua possimus elabi. Huc pertinet id 2.  
 Paral. 20. v. 12. quod addit Josaphat: Oculi à te respiciunt.  
 Eridem, Psal. 121. v. 1. semper enim dat *ἐκλυθησόμεθα* Dominus.  
 Nunquam ergo desperandum, si maxime desint auxilia  
 humana. Tum enim diuina incipiunt, Nec tentat vltra vi-  
 res, 1. Cor. 10. v. 13.

**III. Pars.**

Persequutionem patimur, Hoc nulla eget explanatione.  
 Pp Quia

Quia id Christiani experti testabuntur, Pios enim odit mundus, Diabolus. Facionem Christus affert, Joan. 15. v. 19. Quia selegi vos de mundo. Est quidem persecutio grauis carni & sanguini. Dauid fugiens à Saule id potest intelligere, qui de hoc conqueritur, 1. Sam. 26. v. 20.

CONSOLATIO autem additur maxima: Non deserimur, scil. à Deo. Is suscipit suos, Psal. 27. v. 10. Pater & mater derelinquerunt: Dominus autem suscepit me, 2. Tim. 4. v. 17. Nemo mihi affuit, Dominus autem adfuit. Is neminem vnquam dereliquit sperantem. Vide Syr. 2. v. 11. Præterea habemus *ὁ θεὸς ἀλλοθεν*, Joan. 14. v. 16.

#### I V. Pars.

Deiicimur *καταβιβάζομαι*. Negligimur & opprimimur passim. Man laßt uns nirgend aufstehen. Experiuntur id pii, qui sunt coram mundo *ὡς καταβιβάζομαι ἀειψήμοι*, 1. Corinth. 4. v. 13. Mundus non iudicat illos dignos qui viuant, aut cum aliis quicquam habeant commune.

CONSOLATIO Non perimus, Deus non propterea nos sinit petire, sed in furoribus mundi conseruat. Sic *müssen uns dannoch lassen bleiben*.

Hinc Dauid exultat, Psal. 118. v. 17. Non moriar, sed viuam. Idem vult Psal. 118. v. 26. Statuisti me. Et Psal. 31. v. 9. & 40. v. 3.

#### V. Pars.

Circumferimus mortificationem Christi in corpore. Sicut Christus mala perpressus est in vita sua, dum in forma serui obambulauit: ita nos etiam stigmata saluatoris circumferimus in corpore, Gal. 6. v. 17. Imo etiam occiduntur interdum Christiani propter Christum, Ro. 8. v. 36. Oues occisionis.

CONSOLATIO autem hæc est maxima: quod si cum ipso & propter ipsum occidimur, suo tempore etiam viuificabimur cum ipso. Magna hæc erit gloria corporis nostri, quod ab ipso clarificabitur, vt similis ipsi sit, Phil. 3. v.

21. Hæc

21. Hæc consolationum pondera Paulus etiam habet, Rō. 8. 17. si compatimur. Et 1. Tim. 2. v. 11. 2. Cor. 4. v. 17. Et non sunt pares afflictiones, Rom 8. v. 18.

Ecce, o Christiane, paratam in omnibus afflictionibus consolationem: quam qui vera fide amplectitur, nunquā anxius erit nec desperabit, non deseretur, nec peribit: sed per Christum viuificabitur & uiuet, Joan. 14. v. 19. Viuo ego & vos uiuetis.

F I N I S.

## THEMA LX.

2. Cor. 4. v. 14.

*Scimus quod qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitabit & constituet uobiscum.*

## D I S P O S I T I O.

Credimus resurrectionem carnis. Est enim hic articulus symboli undecimus. Hunc uero amplectimur & credimus propter præcedentem quintum, ubi confitemur quod Christus tertia die resurrexerit à mortuis. Si enim Christus non resurrexit: nec mortui resurgent. Quia uero Christus resurrexit, primitiæ resurgentium scilicet, etiam alii omnes resurgent. Sicut hoc prolixè diducit Paulus, 1. Cor. 15. v. 13, vsque ad 24.

Verbis autem prædictis Paulus alio etiam argumento utitur: quod ratione effectus cum priori conuenit, & sic concludit: Si Deus Filium Iesum suscitauit, suscitabit etiam nos. Quia uidelicet alias etiam cū filio omnia nobis beneficia) quæ filii propria erant) donauit, Rom. 8. v. 32. Et eodem argumento Paulus loco citato v. 11. uerbis paululum mutatis idem probare conatur. Utitur autem Paulus uerbis valde emphaticis quæ singula primum ponderabimus. Deinde subiiciemus locos communes.

## Textus.

1. Primum, *Scimus*, inquit Paulus, hoc quod vos docemus. De hoc sumus, quam certissimi.

2. Hoc autem scimus, Jesum esse suscitatum à mortuis.

3. Unde hoc scimus: Ex scripturis. Sicut 1. Cor. 15. v. 4. vrget hoc, quod sit mortuus & resuscitatus iuxta scripturas, veteris sc. Testamenti: vtpote, Plal. 16. v. 9. & seqq. Pl. 110. v. 7. Esa. 53. v. 8. & 11. Et multis aliis locis. Scimus autem hoc clarius ex historia Euangelistarum.

4. Scimus etiam per quem sit excitatus à mortuis: sc. à Deo patre. Sic enim Paulus, Rom. 6. v. 4. Christus excitatus à mortuis est per gloriam patris: Eph. 1. v. 20. idem fere asserit quod suscitauerit pater Christum ex mortuis & exercuerit sic efficaciam roboris, &c.

5. At quid iuuat scire quod Christus sit excitatus à patre? Multum sane. Sic enim Paulus progreditur, quod is qui excitauit Jesum, nos etiam sit suscitaturus.

6. Quomodo suscitabit autem nos? Per Jesum. Id saluator ipse nobis declarat, Ioh. 5. v. 28.

7. Tandem addit & hoc Paulus *Et constituet vobiscum* Germ. *Wir vns darstellen sampt euca.* Ne videretur Paulus tantum Apostolis velle spem facere de resurrectione mortuorum: Ideoque docet Corinthios quoque, imò omnes simul Christianos viuos esse statuendos ante faciem saluatoris. Sicut & 2. Cor. 5. v. 10. habet, omnes manifestari oportet.

## L O C I.

I. De resurrectione mortuorum Christiani possunt & debent esse quam certissimi: quia is qui Christum suscitauit, adhuc uiuit & regnat in secula. Nec impetior factus est, Esa. 59. v. 1. Vide argumenta Paulina ex Christi resurrectione desumpta, 1. Cor. 15. v. 12. vsque ad 24.

Quamuis autem nos credere resurrectionem mortuorum

um profiteamur in symbolo, tamen multi sunt qui in corde suo diuersum sentiunt. Ratio enim nunquam hoc credit, nisi ducatur captiua, 2. Cor. 10. v. 5. Ideoq; necesse est, vt probe munjatur animus, huiusmodi scripturæ dictis: qualia multa extrant in veteris & noui testamenti libris supra passim allegata. Insigniora hæc, Dan. 12. Multi qui dormiunt, Hiob 19 v. 25. Scio quod redemptor, &c. [Ita & Paulus hic ait: *Scimus*: Non possumus amplius dubitare.] Eia. 25. 4. 7. & 26. v. 19. Joan. 5. v. 28. & 1. Thess. 4. v. 13. & 1. Cor. 15 per totum.

II. Magna consolatio ex hoc loco peti potest, contra furores mundi, qui pus subinde minatur mortem: Sicut in hoc ipso capite Paulus ad longum demonstrat, versu 8. vique ad vers. 12. Et hunc locum consolationis causa subiecit, sic concludens, Tremat sane mundus, & plane nobis hanc miseram atque caducam vitam eripiat, quid tum postea? Scimus, quod pater Domini nostri Jesu Christi sit nos suscitaturus ex morte, &c. Eadem consolationis argumenta producit Christus Joan. 14. v. 19. Video ego & vos viuētis, Joan. 16. v. 22. Videbo vos & gaudebit cor vestrum.

III. Quid horremus mortem, qui propediem sumus suscitandi? Nemo sapiens reuinit in cubitum, quia sperat, se sanum atque vegetum post paucas horas surrecturum & euigilaturum e somno, Psal. 1. v. 6. Cubo & euigilabo, Psal. 17. v. 15. Surgam fatiatus imagine tua.

Ideoq; *modicum vel momentum* tantum vult abscondi sub terra eos, qui dormiunt in cubilibus, Eia. 26. v. 20. Sicut enim Christus tertia statim die resuscitatus est ita & post paucos dies surgens mortui: quia mille anni coram Deo sicut dies vna, Psal. 90. v. 4.

Ideoque triduum, vocat, Hof. 6. v. 2. Vinificabit post tres dies. Et certe qui ante ter mille aut complures annos vita sancti sunt, in resurrectione mortuorum videbuntur sibi tantum triduo quieuisse.

IV. Nec illud silentio prætereundum est, quod in fine

huius sententiæ habet Paulus : Omnes se esse statuen-  
dos (darstellen) scil. ante faciem Christi Et hoc explicat  
nobis Paulus latius 2. Cor. 5. v. 10. Vide huius loci explica-  
tionem post, in Dispositione Thematibus LXIV.

F I N I S.

## T H E M A L X I.

2. Cor. 4. v. 17.

*Momentanea leuitas afflictionis, &c.*

DISPOSITIONEM huius Thematibus vide supra in I. parte  
Promptuarii Classe V. Num. 22. pag. 394.

## T H E M A L X I I.

2. Cor. 5. v. 1. vsque ad 6.

Scimus enim quod si terrenum domicilium nostrum  
huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex  
Deo habemus domicilium non manu factam, æternum in  
caelis. Nam & in hoc gemimus, domicilio nostro quod à  
caelo est, superindui desiderantes, si tamen induti, non nu-  
di reperiemur. Etenim qui sumus in tabernaculo hoc, ge-  
mimus onerati, propterea quod non volumus exui, sed su-  
perindui, ut absorbeat mortalitas à vita. Porro qui pa-  
rauit nos in hoc ipsum, Deus est, qui idem dedit nobis ar-  
rhobonem spiritus.

## D I S P O S I T I O.

Quod Paulus duobus verbis, Phil. 1. ver. 13. complecti-  
tur, copio dissolui: id ipsum hoc loco prolixè diducit desi-  
derium scilicet suum explicans emigrandi ex hac vita in  
cœlestem patriam. Illustrat quoque hanc rem eleganti si-  
militudine de tabernaculo, & ædificatione, &c. Multa et-  
iam notata digna concurrunt. Nos vero ordinis & me-  
morix causa hæc annotabimus.

I. Dicemus de tabernaculo huius vitæ siue terreno.

3. De

2. Deinde de domo cœlesti.

3. Quibus domus illa in cœlis parata sit & per quem?

I. Pars

1. Initio notandum quod corpus nostrum vocat domum sive domicilium. Imo quia est ruinosâ domus *tabernaculo* (sive *Schästen*) comparat. Eadem phrasi Petrus vitur, 2. Petr. 1. v. 14.

2. Addit, esse tabernaculum *terrenum*. Quia corpus ex terræ limo formatum, Genes. 2. v. 7. Ideo Paulus vocat *vasa testacea*, 2. Cor. 4. v. 7. Hiobus domos luteas appellat, Job. 4. v. 19.

3. Tertio accedit id quod Paulus *fragile* tabernaculum vocat. Quia cito destruitur. Sic Hiskia, Esa. 38. v. 12. Conuoluta est vita sicut tabernaculum pastorum.

4. In hoc tabernaculo tanquam ergastulo inclusa habitat animula hominis, magna cū molestia. Ideo Paulus: Dum hic habitamus, *geminus*, ait. Et non sine causa gemimus, quia sumus *onerati*. Ideoque desideramus egredi ex hac domo ruinosâ.

Vsvs huius loci erit, vt sæpius hanc nostram miseriam consideremus. Alioquin bifariam peccatur. Vel enim homines sibi promittunt longevitatem, & ex domo lutea conantur facere æneam aut ferream, Vel dum grauantur variis morbis, mirantur vnde id fiat, & variis modis conantur stabilire valetudinem afflictam.

Qui vero cogitant de domo lutea mox ruitura, illi intelligunt id de quo se doceri vult Psalter: Psalm. 39. v. 6 & 7. & 93. v. 12.

Experientia testatur, hanc Pauli similitudinem esse corpori humano convenientissimam. Es bracht immer wie ein alte Hütten / die einfallen will. Vel genus concutit domum: vel inundatio: hoc est, variis morbi, destillationes, &c. nocent corpori. Concutitur etiam aliis aduersitatibus variis, præsertim ab ira Dei tanquam vento vrente.

Sulti igitur sunt, qui non cum Paulo hoc agnoscent & fingunt se habitare in petra firmissima Quid iuperbis? Syr. 10. v. 9.

### II. Pars.

Sit sane hæc domus terrena misera & fragilis, qui Christianus est, aliam expectat. Et de hac inquit Paulus. 1. Habemus ædificationem, scilicet firmiorem. 2. Non manu humana factam. 3. Sed à Deo exstructam. 4. Eamque æternam. 5. Vbi nam hæc? *In cælis* ait. 6. Et hoc *scimus*, inquit. Non speramus, aut dubitamus, sed certi sumus de hoc. Singula verba emphasis habent, & possunt latius explicari.

Sive autem per hanc ædificationem intelligamus corpora nostra futura gloriosa, vt respondeat antithesis priori tabernacula: sive sedem regni cælestis, pessinde est.

Hanc desideramus inquit: *Wir sehnen uns darnach*: & repetit: *Uns verlangt darnach*: vt sc. superindamur & contegamur illo domicilio cælesti: Gloria sc. illa cælesti, de qua Phil. 3. v. 21. conformia reddet nostra corpora corpori suo glorificato.

Addit tamen, quid desiderium nostrum perturbet quominus perfectum sit, etiam in renatis: hoc sc. quod malleminus non exui, sed tantum superindui. Hoc est, *Wir tönnen eben yngern inder das sterben*. Et optamus sine mortis interuentu, (sicut Enoch & Elias) commigrare in illud domicilium cælesti. Malleminus corruptionem sic tolli à vita, vt non necesse esset mori. Super hoc gemimus. At illud non nisi his contingit, quos nouissimus dies viuos deprehensurus est.

**I. D I S C I M V S** hinc, non idem cum Paulo sentire eos, qui mortem tantopere exhorrescunt: vt nollint mutare suam domicilium: sicut multi optant perpetuo viuere in his terris. *Lesßen Gott seinen Himmel gar æerne*. Hi vel nesciunt, quod habeant domum splendidissimam in cælis, à Deo factam: vel terrena ideo tantum sapiunt, quia præter ventrem Deum non habent, Phil. 3. v. 19. At illorum finis est interitus.

Nostrum

Nostrum vero hoc sit solatium maximum; quod scimus paratam nobis mansionem in domo patris, Joan. 14. v. 2. & paratam ab aeterno, Matt. 25. v. 34. Vbi *πατρίδων*, Philip. 3. v. 20. Magno tenemur igitur desiderio videndi caelestem patriam. Sumus enim hic tantum hospites & peregrini. Juxta hæc, Psal. 39. v. 13. & 119. v. 19. 2. Cor. 5. v. 6. Heb. 13. v. 14.

¶ II. Frustra optamus fieri immortales, & ingredi in regnum caelorum, absq; mortis interuentu. Et induet quidem mortalitas immortalitatem & corruptio induet incorruptibilitatem, 1. Cor. 15. v. 53. sed non prius, quam seminatum fuerit in terram, quod est corruptibile & mortale. Ibidem v. 42.

Quod enim Henoch & Eliæ illud contigit, singulare fuit Dei beneficium, Genes. 5. v. 24. & 2. Reg. 2. v. 11. Sie sind auch ander Leut gewesen als ich v. d. du.

Et contingent eadem his, qui sunt futuri superstites in die nouissimo, iuxta illud mysterium Pauli, 1. Cor. 15. v. 51. 1. Thess. 4. v. 17. ut prius experientur tanta mala in vita sua, quæ secum ferent illa exrema tempora (de quibus Christus, Matth. 24. v. 21.) vt non debeamus optare nobis eandem fortunam.

Patienter itaque feramus mortem; quæ est *via omnis* carnis, Ios. 23. v. 14. 1. Reg. 2. v. 2. Hanc ingressi sunt pûssimi Patriarchæ, Prophetae, Reges, Apostoli, Martyres. Imò ipse filius Dei.

So hegehre du nicht, daß dir eben Gott sollte etwas besondern machen.

## II Pars.

Dicit Paulus, Nos superinduendos gloria caelesti, & tegendos domicilio, quod de caelo expectamus, tanquam pretiosa veste.

Addit etiam in hac huius loci, Redificationem collapsi tabernaculi esse ex Deo. Is enim parauit nos, & elegit ab initio vt essemus hæredes regni caelestis, Eph. 1.

Reparavit etiam per Christum, & dedit a thabonem, spiritum scilicet testificantem quod sumus filii Dei, Rom. 8. vers 16.

Non à nobis igitur, sed à Deo parata est gloria celestis. Iam ne dicat aliquis: *Da s'ichet aller Handel richtig expedirares est, si omnes ita sumus ornandi gloria celestis, quomodo cunque vivamus in terris?* Hic ergo Paulus addit restrictionē, quæ ostendit, quinā sint superinducendi domicilio celestis: aut quibus parata sit illa domus à Deo facta: dicens, *si modo induri & non nudi reperiemur.*

Vbi notandum est, in scriptura per nuditatem illam intelligi animum fide vacuum. Sicut introducitur ille carens veste nuptiali, Matth. 22. v. 12. Ita Apocal. 3. v. 18. dicitur, *nudus es, & cæcus.* Contra induti dicuntur fideles, qui induerunt Jesum Christum, vestem nuptialem, cum omni sua iustitia.

Hoc vult igitur Paulus, incredulos à gloria illa domicilii celestis plane exclusum iri.

**L O C U S.** Hoc itaque studiose agendum, ut non inveniamur in conspectu Dei nudi, hoc est, fide vacui. Videmus enim abiici eum, qui non fuit indutus veste nuptiali, Matth. 22. v. 13.

Ideo hortatur Joannes Apoc. 3. v. 18. *Suadeo tibi ut induaris vestimentis albis.* Et Apoc. 7. v. 14. *Dealbandæ stolæ in sanguine agni.* Hoc est, induenda est iustitia Christi. Quomodo id fit?

1. In Baptismo, Gal. 3. Christum induis, v. 27.
2. Quia autem sordidatur illa vestis peccatis, ideo opus est pœnitentiæ & fide. Insignis de hoc extat Pauli locus, Rom. 13. v. 12. 13. & 14.

Hi ambulabunt cum Christo in albis, Apoc. 3. v. 4.

F I N I S.

T H E M A L X I I I.

2. Cor. 5. v. 6. ad 10.

*Iraque bono animo sumus semper, & scimus quod cum domi*

domi sumus in corpore, peregrinamur à Deo. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Confidimus autem & probamus magis peregre abesse à corpore, & praesentes abesse apud Deum. Quapropter contendimus siue domi, siue praesentes, siue foris, siue peregre agentes, vt illi placeamus.

## DISPOSITIO.

Omnes sani & praesertim omnes boni patresfamilias hoc agunt, vt in his terris sibi & suis acquiratorius ciuitatis, & fixam habeant sedem, in loco aliquo ipsorum habitationi comodo. Nec hoc potest aut debet improbari. Nam qui domesticos non curat infideli deterior est, Tim. 5. v. 8. At Paulus hoc loco ex omnibus hominibus (si maxime in hoc mundo fixam videantur habere sedem) facit viatores & peregrinantes, & ostendit nos longe adhuc abesse à vera patria.

Est autem admodum insignis hic locus.

Dicamus igitur 1. de hac nostra peregrinatione.

2. Quid in illa peregrinatione Christianis faciendum. Wie man sich auff der Wanderschaft recht solle verhalten.

## I. Pars.

Scimus inquit Paulus, quod quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino: hoc est, quamdiu hic sumus & viuimus, non sumus in vera patria, in nostra domo parata in caelis, de qua verbis praecedentibus dixerat: sed tãquã peregrini in aliena regione oberamus. Et vt humano more loquamur, nondum sumus domi, apud Deum patrem nostrum. Quia nondum apparuit quid futuri simus, 1. Joa. 3. v. 2. Hoc sic explicat hic: ambulamus in fide non in specie. Hoc est nondum sumus perfecte beati, nec cum Deo versari possumus in vita caelesti, sed tantum in speculo & anigmate videmus. 1. Cor. 13. v. 12. Ibi autem videbimus facie ad faciem, quod hic tantum in fide cernimus,

mus. Vifibilis enim Domini præfentia in hoc mundo nemini contingit, iuxta illud non videbit me homo & viuet, Exod. 33, verſ. 20. Habitat enim lucem inaccessam, 1. Tim. 6, v. 16.

Locvs. Antequam pergamus, notandum hoc loco omnibus Christianis, quod non debeant oculos tantum defigere in terram, sed quærere fuperna & cœleftia, Phil. 2. verſ. 13. Coloff. 3, v. 2. & 3. Eft enim πολιτουμεα in cœlis Phil. 3. In his terris fumus tantum peregrini & hofpites. Pfal. 39, v. 14. & 119, verſ. 9. Faretur Jacobus te esse peregrinantem, Gen. 47, v. 9. Idem eam ipfo fenferunt omnes Patriarchæ, Hebr. 11, v. 13. Vſque ad 17. Neque enim habemus manentem, ciuitatem, Hebr. 13, v. 14.

1. Itaque imitemur peregrinantes, qui fe non immiſcent iis rebus, quæ aguntur in hofpicio: non negociantur in itinere ſed ſtrenue domum pergunt, Paulus obliuifcitur quæ retro ſunt, Phil. 3, v. 14.

2. Non ſolent ſibi facere inimicos, ſed cum omnibus colunt pacem in itinere, vt tutius poſſint pergere. Ita reconciliare fratri, dum *in via es*, Mat. 5, v. 25. Seclatate pacem & perſequere eam, 1. Pet. 3, v. 11.

3. Non onerant ſe ſarcinis & rebus non neceſſariis. Ita tu in hoc itinere non grauabis cor tuum crapula, ebrietate, Luc. 21, v. 44 vide 1. Pet. 2, v. 11.

## II. Pars.

Porro quid faciendum in peregrinatione noſtra ( præter ea de quibus iam diximus ) Paulus docet.

Tria autem requirit à Christianis, ſuum proponens exemplum.

Primo, magnas moleſtias cogitur denotare viator. *Nuſi foret in Degen/Wind/Schnee/ in his vnd froſt/ offit vbel eſſen/hart ſitzen/ &c.* Ita in hac noſtra peregrinatione multæ aduerſitates accidunt, morbi, paupertas, perſequutiones à Satana & mundo &c. Quid hic faciendum? Audi Paulum: *bono animo fumus. Patien. c. & magno animo ferimus calamitates.*

Locvs

Locvs h

proceſſus

Domini, He

Il. Patie

deſiderium p

tu viator d

lia, deſidera

deo cupimus

viator om

preſentiffim

167. vltim.

preſentiam.

Locvs h

ur diſſolui

hoc carere

ſoluer eſſe

tus dicimur

Saturi die

runcilli ca

III. H

morui. M

quenquam

ur gruiſſe

Locvs

Dicitur al

ch. At qui

i. Place

vii. Nam

Exemple

a. Place

Coloff. 2, v

omnia pla

rov. 47. q

eti illi.

Placent

reſta.

**L O C V S** hic patientiam augere debet in nobis, quæ sane necessaria est in hoc itinere vt faciamus voluntatem Domini, Heb. 10 v 36.

II. Patientiam excitabit illud quod sequitur, scilicet desiderium præsentis apud Deum de quo Paulus agit. Sicut viator desiderio patriæ tenetur, ita nos inquit Paulus, desideramus domi esse cum Deo nostro in cælis. Et ideo cupimus mori & ab hoc corpore peregre abesse. sic vincitur omnis calamitas. Deum enim speramus nos mox præsentissimos Deo futuros in abundantia lætitiæ. (Psal. 116. v. vltim.) patienter & strenue pergitur ad metram præfixam.

**L O C V S** hic docet, non esse Christianos, qui non cupiunt dissolui & esse cum Christo, Phil. 1. v. 23. & dimitti ex hoc carcere Luc. 2. v. 29. &c. Cum non possimus vere & visibiliter esse præsentis Deo nisi prius moriamur. Quin potius dicimus Domine tolle animam meam, 1. Reg. 19. v. 4. *Saturi* die tunc erant illi; Gen. 25. & 35. Meliorem desiderarunt illi patriam, Heb. 11. v. 16.

III. Hoc agant peregrinantes, vt placeant Deo, viui & mortui. Sicut peregrinantes in hoc mundo hoc agunt ne quenquam in itinere offendant. *Dass sie allenthalb guten gruß haben.*

**L O C V S.** Hoc opus, hic labor erit vt Deo placeamus. Dicitur alias, principibus placuisse viris non infima laus est. At qui Deo placent magis sunt beati.

1. Placent autem Domino qui confidunt in eo, Ps. 147. v. 11. Nam sine fide impossibile est placere Deo, Heb. 11. v. 6. Exemplum est Enoch. Ibid.

2. Placent qui seruiunt Christo, Rom. 14. v. 18. Ideoque Coloss. 1. v. 10. hortatur, vt ambulent digne Deo, ipsi per omnia placentes Idem. 1. Thess. 4. v. 1. Hinc Verus, Actor. 10. v. 45. qui timer Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Placent liberi obedientes Deo, Coloss. 3. v. 20. sic de æteris.

3. Placent qui charitatem exercent erga proximum. Heb. 13. v. 16. Hęc sunt sacrificia Deo placencia. Sic enim ipse, Ose. 6. misericordiam volo & non sacrificium. Et quod placeant, patet ex illa commendatione, Matt. 25. v. 35. & seqq.

4. Placent qui laudant & celebrant Deum, & grati sunt pro omnibus beneficiis, Psal. 69. v. 31. Laudabo Deum & placebit ei super iuuenem, &c.

Qui sic Deo student placere, præsentes ipsi erunt in vita beata. Et tales mox ad se rapit, Sap. 4. v. 14. Sicut Henoch, Syr. 44. v. 16. Qui faciunt quod placet Deo his bene erit in hac & futura vita, Deut. 12. v. 8. & Psl. 116. v. 9.

Contra vero qui iuxta carnem viuunt Deo placere nõ possunt Rom. 8. v. 8. Nec etiam Deo placent, qui hominibus placere student, Gal. 1. v. 10. 1. Thess. 2. v. 4.

Ideoque nihil referi si maxime non placeamus hominibus dum placeamus Deo. Ergo præbeamus corpora nostra hostiam viuentem sanctam, *placentem Deo* rationalem cultum nostrum, Rom. 12. v. 1.

F I N I S.

## T H E M A LXIV.

2. Cor. 5. v. 10.

*Omnes manifestari oportet coram tribunalis Christi, vt reportet vnusquisq; ea quę sunt per corpus, iuxta id quod fecit siue bonum, siue malum.*

### D I S P O S I T I O.

Extat vaticinium infigne de Christo, Esa. 45. v. 23. Mihi curuabitur omne genu. Hoc tum completum iri Paulus ait, Rom. 14. v. 10. quando omnes siltentur ante tribunal Christi. De hoc grauis & memorabilis sententia quam prælegimus sonat, omnibus Christianis probe notanda, vbi idem repetit, quod Romanis scripserat, vt intelligatur serio hanc rem agi. Estque hic locus explicatio illius Articuli in symbolo, quando confitemur, venturum Christũ ad

ad iudicandum viuos & mortuos. Quoniam igitur nobis constat de iudice, cui pater omne iudicium tradidit, Joh. 5. v. 22. ideo tantum tractabimus hæc duo:

1. Quinam sistendi sint ante tribunal Christi.

2. Qualem vnusquisque sententiam finalem à Iudice sit auditurus. Hic è auditores charissimi aures arrigite, & diligenter attendite.

I. Pars.

Initio noranda vocabula *manifestationis*. Oportet nos *manifestari* ante tribunal Christi. Dixerat Rom. 14. Statuamur ante tribunal. Hic vero clarius idem annotat, *manifestabimur*. inuens scilicet, multa hic patari quæ non veniant in iudicium, quia in occulto fiunt.

At tum nihil amplius fore occultum. Omnia sub lucem venient, quæ nocte patrantur, Matt. 10. v. 6. Marc. 4. v. 22. Luc. 8. v. 17. Iudicabit Deus occulta cordium, Rom. 2. v. 16. Itaque sistentur ante tribunal, qui existimarunt se, suaque opera latere Dominum, 1. Cor. 4. v. 5. Hoc probe norabunt illi, qui dicunt, quis videt me, parietes tegunt Syr. 23. v. 25. & seqq. El. 29. v. 15. Psal. 94. v. 7.

Cogita quid tum sit futurum, quando facta tua producentur, & manifesta fient, coram cætu Angelorum & hominum omnium.

DEINDE disertis verbis Paulus asserit, OMNES manifestandos ante tribunal Christi. Omnes qui vixerunt à primo vsque ad nouissimum. Hic nulla exceptio, nulla protestatio locum habebit. Non fori declinatio, nec personæ priuilegiatio quidquam valebit. Non alius pro te comparebit. *Kein Anwaldt noch Vfferanwaldt gelten. Kein Gewalt angenommen werden.*

Hic tam Cæsar quam subuleus sistetur. Eadem fors erit omnium. Ideo Paulus dicit iudicandum totum orbem terrarum, Act. 17. v. 31. & Matt. 25. v. 32. Congregabuntur omnes populi.

SOLATIUM hinc capiant pauperes oppressi à Tyrannis & aliis, die zu demem Nechten tönnen temmen / quod  
sua

tum etiam Rex, Princeps, Nobilis sistendus est iudicio. Ibi respondete cogetur tibi.

Tertio. Nota etiam quod dicitur, manifestari omnes. **O P O R T E T.** Contra oportet nullum est remedium. **Es wird defenja müssen/ und wird kein sperren helfen.**

**ADMONEANTUR** ex hoc loco magnates nobiles, iure consulti, diuites, potentes, qui in his terris semper habeat sua effugia, & non possunt accusari coram iudicio, aut semper euadunt. Alia ibi erit ratio. *Da must du auch auff's Neckenbäncklein sitzen.* Ideoq; caue ne sis iniustus, oppressor, &c. Nulla cautela (etiam ipsius Cepollæ) locum habebit. Nihil proderit quidquam allegare, neque excipere, neque replicare, nec ad hunc vel illum appellare. Hic non erit Codici locus nec Digestis. Idem erit Dominus iudex, actor, testis.

Omnes denique de hoc sapius cogitent. Nihil enim recte Augustino sic auocat a peccandi consuetudine, sicut nouissimi dici recordatio.

### II. Pars.

Omnes sistentur ad tribunal ad audiendum sententiam, quam mox sequetur executio. Vnusquisq; accipiet [ait Paulus] prout fecit dum vixit in corpore, siue bonum siue malum. Qui bene egerunt audient sententiam bonam, illam scilicet, *Math. 25 v. 34. Venite benedicti.* Et ibunt *inisti* in vitam æternam, *Ibid. v. 46. Qui male egerunt,* ibunt ad locum damnationis, audituri sententiam; abire maledicti. Vide etiam *Johan. 5. v. 29. Et Dan. 12. v. 2.* Nemini fiet iniuria: quis iudicabuntur iuxta testimonia operum, *Rom. 3. v. 6. i. Pet. v. 17.* absque respectu personarum, *Apoc. 2. v. 12.* Est enim iustus iudex, *2. Tim. 4. v. 8.* & iudicabit in iustitia, *Act. 17. v. 31.*

Et quia non externa tantum respicit, sed est *1. Reg. 8. v. 39.* *καρπὸς ἡ δικαιοσύνης πειρασμῶν,* nemini fiet iniuria.

**I. DISCIM** vs, in vita æterna fore compensationem bonorum operum: & vicissim infligendas pœnas in inferno impiis.

Non

Non autem  
sicut quod  
par ratio.  
spectate bo  
11. 64. Et sic  
ait mors. A  
applicat. Eph  
v. 7. Et sic  
v. 10. Et sic  
v. 11. Et sic  
v. 12. Et sic  
v. 13. Et sic  
v. 14. Et sic  
v. 15. Et sic  
v. 16. Et sic  
v. 17. Et sic  
v. 18. Et sic  
v. 19. Et sic  
v. 20. Et sic  
v. 21. Et sic  
v. 22. Et sic  
v. 23. Et sic  
v. 24. Et sic  
v. 25. Et sic  
v. 26. Et sic  
v. 27. Et sic  
v. 28. Et sic  
v. 29. Et sic  
v. 30. Et sic  
v. 31. Et sic  
v. 32. Et sic  
v. 33. Et sic  
v. 34. Et sic  
v. 35. Et sic  
v. 36. Et sic  
v. 37. Et sic  
v. 38. Et sic  
v. 39. Et sic  
v. 40. Et sic  
v. 41. Et sic  
v. 42. Et sic  
v. 43. Et sic  
v. 44. Et sic  
v. 45. Et sic  
v. 46. Et sic  
v. 47. Et sic  
v. 48. Et sic  
v. 49. Et sic  
v. 50. Et sic  
v. 51. Et sic  
v. 52. Et sic  
v. 53. Et sic  
v. 54. Et sic  
v. 55. Et sic  
v. 56. Et sic  
v. 57. Et sic  
v. 58. Et sic  
v. 59. Et sic  
v. 60. Et sic  
v. 61. Et sic  
v. 62. Et sic  
v. 63. Et sic  
v. 64. Et sic  
v. 65. Et sic  
v. 66. Et sic  
v. 67. Et sic  
v. 68. Et sic  
v. 69. Et sic  
v. 70. Et sic  
v. 71. Et sic  
v. 72. Et sic  
v. 73. Et sic  
v. 74. Et sic  
v. 75. Et sic  
v. 76. Et sic  
v. 77. Et sic  
v. 78. Et sic  
v. 79. Et sic  
v. 80. Et sic  
v. 81. Et sic  
v. 82. Et sic  
v. 83. Et sic  
v. 84. Et sic  
v. 85. Et sic  
v. 86. Et sic  
v. 87. Et sic  
v. 88. Et sic  
v. 89. Et sic  
v. 90. Et sic  
v. 91. Et sic  
v. 92. Et sic  
v. 93. Et sic  
v. 94. Et sic  
v. 95. Et sic  
v. 96. Et sic  
v. 97. Et sic  
v. 98. Et sic  
v. 99. Et sic  
v. 100. Et sic

Omnes fi

Johan. 8. v.  
quod negare  
tam negare  
sibolo pot  
epidibus ip  
tates, qui  
tates sic sole  
tates, qui nesc  
tere Christu

Non autem sicut propter opera mala damnantur impii: sic quoque propter bona opera saluantur pii. Quia non est par ratio. Mala enim sunt perfecte mala: bona autem imperfecte bona: Ideo patius mēstruatē iustitiā nostrā, Ela. 64. Et sic Paulus concludit, Rom. 6. Scipendium peccati mors. *At donum Dei* vita æterna. Idem disertis verbis explicat, Eph. 2. v. 5. & 8. Bene autem operemur ut firmam faciamus vocationem & electionem nostram, 2. Pet. 1. v. 10. ut habeamus testimonia secundum quæ de fide pronuntiabit Christus, Mat. 23. v. 35. utque habeamus præmia pietatis, quæ ad omnia vilis, 1. Tim. 4. v. 8. & ut effugiamus damnationem æternam.

II. Quia iudicabit Christus iuxta ea quæ quis fecit in corpore, nullus erit locus pœnitentiæ in purgatorio.

Nec proderunt opera pro defunctis. Quia accipiunt tantum iuxta id quod egerunt in corpore viuentes.

III. Quia accipiemus iuxta id quod fecimus in corpore, danda opera, ut sanctificemus corpora nostra, ut sint templa Spiritus sancti, 1. Cor. 3. vers. 16. & 6. versic. 19. 1. Theff. 4 v 3.

F I N I S.

THEMA LXV.

Galat. 3. v. 26.

Omnes filii Dei estis per fidem in Iesum Christum.

D I S P O S I T I O.

Joan. 8. v. 39. Judæi cum Christo iurgio contendunt, quod negauerit ipsos esse filios Abrahæ. At cum in super etiam negaret ipsos esse filios Dei, & affirmaret ex patre Diabolo potius esse, quia loquantur mendacium, ibi tum lapidibus ipsum percutit. Ita scire nemo est inter omnes homines, qui non profiteatur se esse filium Dei, cum ore omnes sic soleant precari, *Pater noster*. Interim tamé plures sunt, qui nesciunt quæ sit vera filiorum Dei nota, quibus certe Christus si visibiliter rediret, idē esse diciturus, quod

Qq

Iudæis,

Iudæis, vos ex patre Diabolo estis. Hoc ne de nobis fiat quoque Paulus hoc loco docet: Quæ ratione possimus fieri filii Dei hoc iam primum tractabimus. Deinde subiectum, quæ sint filiorum Dei maxima priuilegia.

### II. PARS.

1. Naturaliter omnes homines post lapsum Adami nati in hunc mundum sunt filii iræ, Ephes. 2. v. 3. Quia in peccatis concepti & nati. Psal. 50. v. 7. Adeoque sine Christo, extranei à testamenti promissionis, spem non habentes, Deoq; & hæreditate cœlesti carentes, Ephes. 2. v. 12.

2. Itaque non nascimur filii Dei, sed natos oportet demum fieri filios Dei Idque nobis Christus impetrauit. Sic enim Paulus affirmat, quod per Christum habeamus adoptionem, *40 Jeriau*, Eph. 1. v. 5. Gal. 4. v. 5. Rom. 8. v. 15.

De hoc Joh. 1. v. 12. Dedit potestatem filios Dei fieri.

3. Quomodo autem & qua ratione possumus filii Dei fieri? Per fidem inquit Paulus. Ideo Joannes loco modo allegato statim addit, dedit potestatem filios Dei fieri *his, qui credunt in nomen eius.*

Huc pertinet id de quo in Catechismo dicimus, Christianus sum, qui credo in Jesum Christum, 1. Joh. 5. v. 10. Qui credit in filium testimonium secum habet, & vers. 13. Hoc scripsi vobis vt credatis in nomen filii Dei, vt habeatis vitam, &c.

4. Hinc toties scriptura hortatur, vt habeamus & retineamus fidem, ne scilicet è numero filiorum Dei excidamus.

Marc. 11. v. 23. Habete fidem Dei.

Act. 14. v. 22. Paulus & Barnabas hortabantur Discipulos, vt permanerent in fide.

1. Cor. 16. v. 13. Vigilate State in fide.

1. Tim. 6. v. 12. Certa bonum certamen fidei.

Act. 16. v. 31. Crede in Dominum Jesum.

5. Estque sane fides Dei donum. At Dominus fidem offert omnibus, Act. 17. v. 31. Idque mediante verbo, Roman. 10. v. 17. & sacramentis, Gal. 3. v. 27. Quorquor baptizati estis, &c.

Ita-

Itaque potestatem habes, ut possis fieri filius Dei, dum modo credas.

Ne itaq; quisquam se decipiat, & frustra sibi imagine-  
tur se esse filium Dei, cum tamen Diaboli filius sit: ideo-  
que sequamur doctrinam Pauli, 2. Corint. 13. v. 5. Tentate  
vosmetipsos, *an sitis in fide*. Probate vos, Si fidem veram &  
viam [non mortuam, hoc est, operibus vacuam. Jac. 2. v.  
20.] habes, certe filius Dei es. Si fidem non habes, aut  
mortuam fidem inaniter profiteris, non es filius Dei.

II. Pars.

At quid refert, inquis, siue sim filius Dei, siue non? *Was  
habe ich desto mehr?* Certe tanta est filiorum Dei dignitas  
& prerogativa, ut nemo verbis hoc satis possit explicare.  
Quod si enim magnum est, esse filium Regis potentissimi  
& hæredem plurium regnorum, maius profecto est, esse  
filium Dei, Regis regum & Domini Dominantium, in  
cuius manu sunt omnia mundi regna. Hoc mundus non  
intelligit.

1. Paulus itaque sic concludit: si filii Dei sumus, ergo &  
hæredes, Rom. 8. v. 17.

Galat. 4. vers. 6. & 7. Accipere à patre regna amplissima  
[qualia erant illa Ahasueri, Esth. 1. v. 1.] magnum est. Sed  
illa sunt terrena & caduca, & relinquenda.

Igitur maius est accipere regnum cælestè & æternum.

2. Sed & plura alia privilegia filiorum Dei rececit  
Paulus, Rom. 8. v. 15. quod scilicet audeat clamare Abba  
pater, & Deus audit preces. Cum cæteris dicatur, clama-  
bitis & non audiam, Hierem. 11. v. 11.

Habent testimonium Spiritus sancti intrinsecus, quod  
non sint damnandi, Rom. 8. v. 16.

CONSOLATIO ex his omnibus maxima surgit: ubi  
sic potest concludere Christianus: Ego credo in Jesum  
Christum. Ergo scio me vere esse filium Dei.

F I N I S.

## THEMA LXVI.

Gal. 3. v. 27.

*Quicumque baptizari estis, Christum induistis*

## DISPOSITIO.

Brevis est hæc, at insignis sententiola Pauli, quæ & de Baptismi præstantia atque efficacia & de certitudine salutis nostræ multa nos docere potest. Ideoq; digna quæ accuratissime notetur, præsertim cum hæc vna contra plurimum aduersariorum plurimos errores valeat plurimum.

Primum igitur singula verba Textus ponderabimus; Deinde quantum ex illis utilitatis capere possimus, subiciemus.

*Textus.*

Dixerat in præcedentibus Paulus, Per fidem nos posse filios Dei fieri. Jam vero in his verbis quæ immediate sequuntur, subiicit, quod nã sit sigillũ, sacramentum & documẽtum certissimum adoptionis nostræ, scil. Baptismus Per quem fides confertur & adoptio.

Hinc 1. Pet. 3. v. 21. vocatur stipulatio bonæ conscientie cum Deo. Huc referatur etiam definitio Baptismi quæ in Catechismo habetur.

2. De baptizatis igitur Paulus affirmat quod induerint Christum. Vbi notanda similitudo de iudumento. Sicut enim alias iudumentum operit & tegit nuditatem & deformitatem hominis, & pudendas corporis partes: Ita Christus cum omni sua iustitia & sanctitate indutus in Baptismo, tegit nostra peccata, quorum nos coram Deo pudere debeat. Et tegit is qui factus est iustificatio & sanctificatio, 1. Cor. 1. v. 30. quod nudum & miserum in nobis est, Apoc. 3. v. 17.

Cum enim propria nostra iustitia, quia vestis immun-da est, Esa. 64. non possumus nos contegere, Christus vere nuptialis vestis est, qua induti possumus apparere in conspectu Dei patris. Quæ qui carent, eiciendi sunt in tenebras

exte;

exterioribus, Matth. 22. Ideoque non frustra Paulus hortatur, Rom. 13. v. 14. Induamini Dominum Jesum.

3. Quomodo autem induimus ipsum?

1. In Baptismo hoc modo, quod ipsi sic incorporamur. ut participes siamus omnium beneficiorum ipsius, & sic tanquam vestem nobis applicamus ipsius iustitiam & sanctitatem, ut his ceu indumento inuoluti non nudi appareamus coram Deo. Quod Paulus fieri vetat, 2. Cor. 5. v. 3.

4. Notanda etiam vocabula, *quicumque*, vel quotquot vestrum baptizati estis, Christum induistis. Quo ostendit Apostolus, Neminem excludi baptizatum à beneficiis illis celestibus. Licet enim ex parte hominum multi abutantur Baptismo: tamen ex parte Dei semper constat Baptismi vera ratio.

## L O C I.

I. Videmus quanta sit efficacia sacri Baptismi: & quod Baptismus verum sit organum & medium seu instrumentum, per quod vere nobis confertur regeneratio, fides, adoptio peccatorum remissio, adeoque salus æterna. Nam qui baptizati sunt, in mortem Christi baptizati sunt, Roman. 6. v. 3.

Hinc illa, Joan. 3. v. 5. & Eph. 5. v. 26. Imo expresse dicitur, Tit. 3. v. 5. *saluos nos fecit per lauacrum*, Idem. 1. Pet. 3. v. 21. *Saluos fecit nos in Baptismo*.

Quinta hæc est consolatio omni baptizato, quod certo statuere potest se induisse Christum & saluum fore.

Impiæ igitur & desperatione pleni sunt voces eorum, qui contendunt Baptismum non medium, sed signum tantum esse salutis. Item esse tantum signum & notam Christianæ professionis. Et in finita alia.

II. Magna consolatio piis parentibus est hæc, quod sciunt infantes baptizatos iam induisse Christum Ideoque in Baptismo regeneratos. Joa. 3. v. 5. & mundatos à peccato, Eph. 5. v. 26. ut si maxime infanti ætate moriantur, antequam possint verbis explicare fidem suam, tamen de

Qq 3 illo

illorum salute nihil sit dubitandum. Quod enim tales credant, Christus author est, Matth. 18. v. 6. Ideoque vult ipso ad se venire & promittit eis regnum cœlorum. Mat. 19. v. 4. Marc. 10. v. 14. & hic nihil est dubitandum, aut curiose inquirendum, an in numero electorum sint: quia Pauli vox vniuersalis est, *quisunque* baptizati. Fulmine digna itaq; est vox illa, quæ parentibus piis omnem consolationem adimit, cum dicitur, Multos infantes baptizari, qui tamen in Baptismo non regenerentur, Vide Collog. Momp. de Baptismo.

III. Hoc autem notandum, quid de his sentiendum, qui in Baptismo quidẽ vere sunt regenerati, sed postmodum Christum quem induerunt per peccata iterum abiecerunt. Num verum adhuc Baptismum retinent.

Aut si resipiscunt suntne rebaptizandi?

Resp. Deus manet verax & seipsum negare non potest, 2. Tim. 2. v. 13.

Nec incredulitas hominum fidem Dei facit irritam, Rom. 3. v. 3.

Atque Deus pactum initum semper seruat, quantum in se. Ideoque cum per penitentiam redit peccator, non necesse est ipsum rebaptizari. Quia Baptismus est solennis obligatio, quod donata sit nobis participatio beneficiorum Christi, si credamus.

Nota hic simile D. Brentii super hunc locum.

Si nuptiæ semel in Ecclesia sunt benedictæ, & post cõiuges dissentiant, & tamen reconcilientur iterum: non oportet noua publica benedictione nuptiarũ in templo: quia redeunt ad ius primæ benedictionis semel factæ, &c. Patet hoc ex Jerem. 3. v. 1. Si dimiserit vir, &c.

Videatur etiam Examen Chemnitii de Baptismo parte 2. pag. 48.

F I N I S.

T H E M A L X V I I.

Galat. 6. v. 8.

*Quicquid seminauerit homo, hoc & metet.*

DISPO.

## DISPOSITIO.

Quamvis D. Paulus hæc verba potissimum de liberalitate & beneficentia erga pauperes, maxime vero Ecclesie ministros, intellexerit, sicut ex præcedenti versu 6. & sequenti 9. manifestum est: tamen potest hæc brevis sententiola Pauli generaliter quoque accipi, de omnium hominum bonis vel malis operibus, sicut versus sequens Octavianus generaliter positus, & plura secum ferre videtur. Est autem illa similitudo de semente & messe in scripturis admodum vñitata.

Nos itaque primum hanc similitudinem paucis examinabimus, deinde (methodo Paulina, Rom. 15.) ex eadem doctrinam, consolationem atque admonitionem, Deo nos bene iuvante, percipiemus.

*Explicatio similitudinis.*

Initio notandum est hanc similitudinem ab agricolis desumptam esse: sicut & Christus ab iisdem sæpe non hanc solum, sed & plures alias consimiles mutuatus est, Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8. Joh. 4. v. 36.

2. Primo hic de qualitate seminis loquitur: quod messis respondeat sementi. Si triticum seminat rusticus, triticum metet. Si avenam seminat, avenam recipiet. Eandem speciem enim recipit semper.

3. Deinde etiam de quantitate idem intelligi debet. Si parce seminat rusticus, non potest copiosam sperare messem. Si autem liberaliter seminat, copiose metet.

4. Tertio. De agri qualitate etiam dicendum. Si semen sparserit rusticus in terram bonam, non fructum tantum bonum, sed etiam cum scœnore accipiet, sicut similitudo, Luc. 8. v. 8. innuit: si inter vepres & vrticas, vel in petra aut via dura seminauerit, nihil poterit sperare. Sicur enim sementem fecit, ita etiam messis erit.

Hactenus similitudo quæ de terrena seminatione sonare videtur. Nunc vero ad res spirituales illa erit accommodanda.

## L O C I.

1. Doctrina intento Pauli proxima hinc peti potest, debere nos esse liberales erga pauperes. Quia qui parce seminat parce metet, 2. Cor. 9. v. 6. hoc est, exiguam compensationem à Domino sperare poterit. Qui vero in benedictione, id est, liberaliter seminat, erogando pauperibus, idem etiam largam accipiet compensationem. Iuxta promissionem, Matth. 10. v. 24. Et Prou. 19. v. 17. Fœneratur Domino. Et Eccles. 11. v. 1. Vide copiose de hoc Matth. 23. v. 35. & seqq.

Notandum vero id ipsum quod Paulus hoc eodem loco paulo post subiunxit: Bonum faciendo non defatigemur Gal. 6. v. 9. quod alias sæpe fit. Notandum quoq; alterum quod maxime huc pertinet ut beneficiamus hominibus & sementem spargamus dum tempus habemus. Ibid. v. 10. *Weil wir leben.*

Multi enim nõ cogitantes largissimam Dei retributionem, semper differunt tempus sementis vsq; ad horam mortis, *Wöllen erst noch den todt sitzfen für die Armen.* Et volunt tum demum esse liberales, cum non amplius possunt uti suis bonis. *Dann siê dürffen sich selbs nicht angreiffen/well sie leben.*

At seminatio habet certum tempus, sicut & messis. Si igitur vis aliquando copiose expectare messem, in tempore fac sementem. Benefac proximo in vita tua, ut habeas testimonium beneficentiae tuæ, Luc. 16. v. 9. Facite amicos, Eccl. 11. v. 6. *mane semina.*

II. A D M O N I T I O. Quia Christo teste tempus messis spiritualis erit dies nouissimus, Matt. 13. v. 39. monemur 1. Ut de illo tempore sepe cogitemus. Memorare nouissima Syr. 7. v. 40.

2. Ut quia sicut erit satio, ita & messis, seminemus bonum, ut recipiamus bonum. Daturus enim est Dominus unicuiq; secundum opera sua, Ro. 2. v. 6. 2. Cor. 5. v. 10. Sicut ergo fecisti sementem inutilem & seminasti paleas pro bono tritico, aut zizania; ita etiam retribuet tibi Dominus in mes-

THEMA LXVIII. EX NOVO TEST. 617

in messe, & comburet zizana igni, Matt. 13 v. 42. Qui seminant iniquitatem & dolores, metunt etiam id ipsum, Job. 4. v. 8. Quod & in hac vita interdum accidit, Prou. 22. v. 8. qui seminant iniquitatem. Contra: Qui seminant iustitiam, Prou. 11. v. 18. Seminate in iustitia Os. 10. v. 12. Noli seminare in agrum iniustitiæ, Syr. 7. v. 3. Vide etiam Esa. 17. v. 11. & Jer. 12. v. 13. & Hof. 8. v. 7. Jac. 3. v. 18.

Cogita sæpius de Angelis messoribus Matt. 13. v. 39. Da quoque operam ut ager cordis tui sit terra bona, & faciat fructum bonum, iuxta similitud. Luc. 8.

III. CONSOLATIONEM etiam hinc piii in omnibus malis, quæ hic sereda sunt, accipere debent: ut in patientia expectent tempus illud messis, de quo Psal. 126 v. 5. Qui seminant in lachrymis, &c. Abstergentur illæ omnes lachrymæ, Esa. 25. v. 8. Apocal. 7. v. 17. & 21. v. 4. At sicut non statim messis venit eadem die, qua seminatum fuit: sed oportet colonum moram aliquam patienter ferre, usque dum hycnis transeat &c. Ita hic etiam expectandum in patientia, Luc. 21. v. 19. & Luc. 8. v. 15. Pusillum Joan. 16. v. 16. Heb. 10. v. 27.

F I N I S.

THEMA LXVIII.

Ephes. 5. v. 16.

*Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

D I S P O S I T I O.

Temporis obseruationem multum in rebus humanis valere Salomon auctor est. Eccl. 9. v. 11. Cum enim omnia suum habeant tempus Eccl. 3. v. 1. non vnum idemque omnibus temporibus agere licet: neque omnia omni tempore. Ideoque prudenter Paulus hoc loco monet, ut tempori seruire (uns darein schicken) discamus. Præsertim cum non mala tantum, sed extrema sint tempora, in quæ incidimus: de quibus multa prolixè Christus Matt. 24.

Qq 5 Huuc

Hunc autem Pauli locum aliter filii huius seculi, aliter etiam pii & Christiani interpretantur. Hi quidem sic videntur tempore, vt salutem suam æternam non negligant: illi vero sic, vt omni tempore in impietate sua pergant & pereant. Tractabimus igitur hæc verba breuiter hoc modo: (per *ἄρα ἡμῶν καὶ ἡμεῶν*) vt ostendamus, quomodo filii huius seculi tempore non recte seruiant, deinde vero quomodo Christiani tempori recte seruire debeant & possint.

I. *Ἀποστ.*

Abutuntur filii huius seculi hoc Pauli loco Theologie & politice, & dum se optime seruire tempori putant, nihil minus faciunt.

I. Si tempora mala sunt, vt sunt sane extrema temporaria, ibi tum sic videntur optime seruire tempori, si & ipsi sint mali. Vt lula inquit, cum lupis, cum quibus esse cupis. Si fueris Romæ Romano viuio more: Si fueris alibi viuio sicut ibi. *Es muß sich eben nach den Leuthen richten / dicunt filii huius seculi. Dann die Welt richtet sich nicht nach ihm.* Exempli causa. Si pericula immineant religioni veræ, putant illi, esse hic aliquid condonandum iniuriæ temporum. *Da sind alle Religion gut. Hoc vocant Temporisare. Vad sind wie der Han auff dem Kirchthurn.* At hos Christus vocat, Marc. 4. v. 17. *Temporarios, Wetterwendisch.*

Aur cum vident homines extremis his temporibus esse fallaces, dolosos, mendaces, &c. illi existimant similibus moribus se optime seruire tempori. Dicant enim contra Cretenses Cretizandum. Et cum vulpe vulpinare tu quoque inuicem, &c. Sic enim odium mundi minus sustinendum, cum alioquin oderit, qui non cum mundanis sentiunt, teste Christo, Johan. 15. vers. 19. At hi cum mundo peribunt. I. Corinth. 7. v. 31. I. Joan. 2. v. 17. Ideo Paulus, non accommoderis vos ad figuram huius seculi, Rom. 12. vers. 2.

II. Sic

II. Sic putant seruiendum tempori, vt dum prosperiori vti licet fortuna, vbi omnia iuxta anima sententiã cedunt, nihil afficiuntur aliorum calamitatibus, sed faciunt quod lubet. Tum demum enim de tristibus tractandum, vbi læta cessauerint. Secundas res decent superbiæ inquirunt. At extrema gaudii luctus occupat, Prou. 14. Et malitia horæ obliuionem facit, Syr. 11. v. 29.

Hinc plerunq̃ primum sunt temerarii, deinde timidi & abiecto animo. Est enim cor hominis superbum & timidum, Jerem. 17. vers. 9. Huc pertinent illi etiam qui sciunt vti foro, & fauent his quos fortuna extollit. Hinc illud prouerb. vbi fortuna ibi fauor. Wissen den Mantel nach dem Wind zu hegen. Hoc putant esse seruire tempori. Exemplum habemus in Seme qui primum insultrat Dauidi: cui post sit supplex, 2. Sam. 16. v. 16. At male perit, 1. Reg. 2.

III. Dum viuunt & valent iuuenes, putant sic vtendum ætate, vt ipsis bene sit. Satis esse stranda & tremula senectus ipsos abstrahat à voluptatibus. Wollen gute tag haben weil sie können. Im Alter werd ihwendie fremd selbst vergehn. In iuente non esse tempus idoneum vt colligant thesauros, sed in senectutem id esse reiiciendum. Junge Leut sollen nicht sparen / sonder sich tapffer wissen lassen. Vno verbo, flores inuentutis Diabolo, & feces senectutis Deo consecrare volunt.

Sic mundus putat, hoc esse Seruire tempori. At Dominus ridebit in interitu illorum, Prouerb. 1. v. 26.

## II. Oīes.

At longe diuersa ratione pii seruiunt tempori: & quia agnoscunt esse tempora mala, hoc agunt vt sapienter viuant & faciant voluntatem Domini, sicut hoc eodem loco Paulus Ephesios monet.

I. Primum enim quia sunt tempora mala, illi boni esse student. Agnoscunt tempus visitationis, Luc. 19. vers. 44. ne percant cum filiis huius seculi. Et quia sciunt tempus

con-

contractum esse, redimunt occasionem, 1. Corint. 7. v. 29. Semper habent lampades instructas cum prudentibus, Matt. 25. v. 5. Cogitant, *nunc* tempus acceptum, 2. Cor. 6. v. 2. Hodie, hodie audiunt vocem, Pl. 65. v. 8. Heb. 3. v. 7. Discunt ab auiibus cœli illis, Jer. 8. v. 8. obternare tempus, Et cognoscunt Dominum suum sicut bos, Elai. 1. v. 3. non sunt sicut equus & mulus, Psal. 32. v. 9.

In tribulationibus non deficiunt, sed in patientia possident animas suas. Luc. 21. v. 19. Memores dictorum, Rom. 8. v. 17. 2. Cor. 4. v. 17. 2. Tim. 2. v. 11. Et Matt. 16. & 10. v. 28. item Matth. 10. v. 32. & 19. v. 29.

Deinde cum vident alios homines fallaces & malos: non patiuntur se seduci exemplis malis, aut malicia immutare intellectum, Sap. 4. v. 11. sed sciunt se esse selectos à mundo, Joan. 15. v. 19. Ideoque nec curant odium mundi, sed hoc potius agunt vt placeant Domino, 2. Cor. 5. v. 9. in peregrinatione sua. Et student facere voluntatem patris, Matth. 6. v. 21. quia sciunt mundum perire cum suis concupiscentiis, 1. Ioan. 2. v. 17.

Deum vero daturum vnicuique secundum opera, 2. Cor. 5. v. 10. & Rom. 2. v. 6. & pietatem habere promissiones huius & futuræ vitæ, 1. Tim. 4. v. 8. Ideoque sicut vtuntur hoc mundo, vt non aburantur, iuxta id 1. Cor. 7. v. 31. ita etiam vtuntur tempore.

II. Deinde sic redimunt *τὸν χρόνον*, vt tristitia siue secunda fluant tempora, nec animo efferantur nec desperent. Memores dictorum, Eccl. 7. v. 15. in die bonæ lætæ esto &c. Et Syr. 11. v. 27. & seqq. In die bonorum ne sis immemor malorum, &c. Et Prouerb. 14. v. 13.

Quod si ipsi nihil mali patiuntur, tamen dolent super contumione Joseph. Amos. 6. v. 6. Et sicut congaudet gaudentibus, ita dolent cum stentibus, & sic semper communi- cant necessitati sanctorum, Rom. 12. v. 13. & 15.

Neque etiam quærunt fauorem apud filios seculi, sed cum humilibus contentuntur, iuxta id Pauli. Rom. 12. v. 16. Ideoque omnium fortunam æquo animo ferre possunt. Et exal-

exaltantur atque exhilarantur à Deo suo tempore. Exspectant gaudium, quod nemo tollet, Job. 16. v. 22.

III. Tandem politice etiam discunt pii tempori seruire: & colligunt in ætate ne egeant in hyeme: hoc est, tempus iuuentutis bene collocant, & venturæ sunt memores senectæ. Cogitant illud exemplum de formicis, Prou. 6. v. 6. Et illud Prou. 19. v. 15. & 20. v. 4. & 21. v. 5. & 26. v. 14. Et Eccl. 1. v. 6.

Ante omnia autem perpendenda illa memorabilis admonitio, Eccl. 1. 2. v. 1. Memento creatoris in iuuentute, &c. Ut puer etiam cum Josia, 2. Paral. 34. v. 3. discas timere Dominum, &c.

Hoc vere & pie est seruire tempori: sic etiam omni tempore eris acceptus Domino, & in tempore accepto, audiet, & in die salutis iuuabit, 2. Cor. 6. v. 2. ex Esa. 49. v. 8.

F I N I S.

THEMA LXIX.

Eph. 6. v. 10. ad 18.

*De militia spirituali & πανοπλιᾳ Dei, &c.*

D I S P O S I T I O.

In his verbis Paulus omnibus Christianis denunciat bellum, & quidem ἀσπίδων πόλεμον: quia illi habeant aduersarium Diabolum, qui cum illis in concordiam non amplius redigi possit. Ne autem ab eo succumbamus, ecce Paulus his verbis militarem consiliarium agit, dum nos erudit, quomodo hostis hic, Diabolus scilicet, internecium bellum nobis indicens, prosterendus sit.

1. Quare ista tempore nobis aduersetur, quidve expugnandum appetat.
2. Quam potens hic hostis sit.
3. Quibus armis nobis debellandis utatur.
4. Quibus nos ipsum possimus armis superare.

I. Pars.

## I. Pars.

Necesse est scire cur tantopere nobis aduersetur Diabolus: quia sumus in peccato concepti & nati, Psal. 51. v. 7. & fuimus propter peccatum in Diaboli potestate [ nam qui peccat ex Diabolo est, 1. Joh. 3. v. 9. ] non autem ab eodem defecimus, ad castra Christi tanquam transfugæ concessimus, nomen eidem & sacramentum dedimus, in quantum pro eodem prius pugnauimus. Quam defectionem certe Diabolus ferre nequit, ideoque omnem lapidem & rudem mouet vt in pristinam suam potestatem reducat. Nā quemadmodum Nebucadnezar pugnat contra Zedekiam, qui defecerat ab eo, 2. Paral. 36. Sic & Satan, cui toreramur mancipati propter peccatum, nisi interuenisset gratia & misericordia Dei, Christique Salvatoris preciosissimum *uō* *reg* *99* Et quamuis hæc nostra defectio iusta sit ad Deum [ huic enim prius eramus obstricti, vt qui etiam Diaboli Dominus est ] tamen ipse reposcit quod videbatur tantum suum esse.

L. Ergo non paruis de rebus sed magnis certamen certatur agitur de anima & corpore. Nam quia ipse spiritus malus & perpetuo cruciandus est, etiā nos secum in suam nassam atrahere satagit, vt socios malorū habere possit. Et quemcunq; ille in potestate redigit, is in æternum cruciandus erit. Epulo, Luc. 16. hinc indefessus est, circumagratur quotidie tanquam Leo rugiens, 1. Pet. 5. v. 9.

## II. Pars.

Tanto autem maius imminet nobis periculum, quanto hic est fortior.

1. Primum autem dicitur potens, vide Job. 41. Princeps mundi, habet enim suum regnum. 2. Estque non vnus, sed plures, vt patet Luc. 11. 3. Sunt inter illos etiam gradus, semper vnus altero nequior, Luc. 11. v. 26. 4. Et reluctatur etiam bonis Angelis, qui cum illo congladiari coguntur,

tur, Daniel. 10. Apocal. 12. Quamuis loco semper cedere cogatur 6. Et quod maximum, spiritus est, propterea inuisibilis, rector tenebrarum, ille nos conspicit a nemine conspicitur, quod ad victoriam facit. 7. Propterea est etiam celerrimus, de loco in locum in puncto temporis deuoluitur, vt patet Luc. 4. v. 5. 8. Audax in super est, impudens & perfrixæ frontis Filium Dei audet aggredi, & quam promptus sit ad nocendum patet ex historia Iob. 1. 1. Reg. 22. & Luc. 22.

Loc vs I. Male agunt, qui per ludibrium contemnunt Satanam, interim non cogitantes qualis hostis sit. Leui de causa optant sæpe numero homines, vt Diabolus auferat vel se, vel alios: verum sicut non contemnendus hostis terrenus [ alioquin imminet periculum, vt patet, 1. Reg. 20. 2. Sam. 5. ] ita nec ille spiritualis.

1. Etenim non est piger, sed impiger, 1. Pet. 5. v. 8. 2. non possumus cum illo ludere, Job. 40. v. 14. 3. est impudens, audet ipsum filium Dei aggredi Matth. 4. 4. nec longe abest, sed semper in aere oberrat. Job. 1. v. 9. 1. Reg. 22. v. 21. officia sua vltro offert. Quod autem non mox auferit homines, duplex causa est. 1. Vel Deus expectat pœnitentiam & frænum iniicit Satanæ. 2. Vel quia nouit hanc prædam sibi non amplius eripi posse.

Loc vs II. Sicut nec contemnere debemus Satanam, ita nec securi vnquam esse debemus. Securitas perdidit 4. Reges. Gen. 14. v. 15. Amalechitas, 1. Sam. 30. v. 16. Benhadad cum suis, 1. Reg. 20. v. 16. Sed semper, 1. Vigilandum, 1. Pet. 5. v. 8. Matr. 24. v. 41. Marc. 13. 2. Sobrii estote, 1. Pet. 5. v. 8. Luc. 21. v. 36. 3. Orate, Luc. 22. v. 40. Et orandus Deus pro excubiis sanctorum vigilum, Dan. 4. 20. Psal. 91. v. 1. nec ita viuendum, ac si more Sadoctorum neq; infernum neq; Diabolum esse crederemus, Act. 23. v. 8.

### III. Pars.

Quemadmodum autem est spiritus, corpus non habens, ita etiam non aggreditur Christianos visibiliter &

corporaliter, neque vititur armis externis, sed vt Paulus hoc loco refert telis ignitis.

Hæc tela sunt primo omnis generis tentationes, quibus homines conatur pertrahere in omnis generis scelerum. 2. Sunt omnis generis afflictiones quibus nos, Deo permittente (vt Jobum) vexat, & conatur vel ad imparitiam, vel ad implorandum ipsius auxilium per illegitimam media impellere. 3. In primis vero ignita sua tela iaculatur in nostram conscientiam oneratam variis peccatis, quibus conatur nos ad desperationem de gratia Dei impellere. Dauid Psal. 110. v. 1. Job. 30. mutatus es mihi in cruciulem. v. 21. vel tantum facit nos de gratia Dei, electione nostra, finali perseverantia, dubitare. Hi sunt torrentes Belialis Psal. 18. v. 5. & Psalm. 116. v. 3. De his non nisi experiri recte sentire & loqui possumus.

#### IV. Pars.

Hæc cum ita sint, necesse est, vt sciamus, quomodo illi obuiam [nam fugere nō licet] eundem, quia Paulus vult, vt militemus bonam militiam, bonum certamen certemus. Quid igitur faciendum? Fortes estote in Domino, vt possitis stare & resistere: quomodo autem stabimus? Nō nostris viribus, sed virtute Dei: propterea induite *πρωτοπλαίον* Dei, quæ

- |                               |   |  |
|-------------------------------|---|--|
| constat armis hisce: scilicet | } | 1. Galea salutis, Christus. In hoc vno salus, Act. 4. v. 12.                 |
|                               |   | 2. Thorace iustitiæ. Jehouah iustitia, Jer. 23. v. 6. 1. Cor. 1. v. 3.       |
|                               |   | 3. Cingulo veritatis. Bona conscientia.                                      |
|                               |   | 4. Calceis Euangelii, quibus in prospera & aduersa fortuna possumus ingredi. |
|                               |   | 5. Scuto fidei contra tela ignita.   |
|                               |   | 6. Gladio spiritus, qui penetrantior est omni gladio, Heb. 4. v. 12.         |

L. I: Non fugiendum à Satana, nec illi nos captiuos tradamus, quod faciunt illi, qui in tētationibus vel à dextris

tris, vel à sinistris Satanæ manus tradunt, & ipsius nrum sequuntur, quia illos, 1. in aduersis facit impatientes, blasphemos, &c. 2. in prosperis securos, lasciuos & facientes quæ Satan iubet. Contra stare, resistite & fugiet, Jac. 4. v. 7. 1. Pet. 5. v. 8. Nam omnino certandū, 2. Tim. 4. v. 7. 1. Tim. 1. v. 18. Milita, Ap. 2. v. 26. 1. Cor. 9. v. 27. Nemo coronatur, 2. Tim. 2. v. 5.

Neque poterit nocere, vbi erimus induti vniuersa illa armatura, & *πνευματικὰ ἔργα*.

I. Si Christum habemus per galcā, non potest nocere capiti, scimus enim, quod si sit pro nobis, quis contra nos, Rom 8 v. 31. nemo nos separabit, Rom. 8. v. vlt. Est saluator peccatorum. 1. Tim. 1. v. 15.

II. Si cor perit, horacem habemus, iustitiam Dei, 1. Cor. 1. v. 29. Jer. 23. v. 6. Et si cor condemnat, Christus, maior est corde, 1. Joh. 3 v. 20.

III. Accedat balthicus veritatis. Bona conscientia mille testes, Prou. 15. 1. v. 15. 1. Pet. 3. v. 16.

IV. Euangelio pacis possumus ingredi, caute, vt semper timeamus Deum, ne offendamus Deum, per aduersa patienter, in omnibus parati, in omni bona & mala fama. 2. Cor. 6. v. 8.

L. II. Scutum fidei excipit omnia tela Satanæ, quæ sunt tentationes de nostra electione, indignitate, de Dei maiestate & nostra infirmitate. Chananea hæc omnia excipit fide, Matth. 15.

L. III. Videmus in primis hoc loco, quod Satan arceatur vno tantum GLADIO, Spiritus sancti. Non pellitur aqua lustrali, nō herbis consecratis, non cereo agno consecrato, non signo crucis, non magicis incantationibus, non characterib. non euangelio Joannis calamo incluso & in collo gestato, nō missarū demurmuratione, non exorcismis Papisticis, nec etiā blasphemis & maledictis, hæc enim omnia nō magis pensi habet, q̄ quiquilias & venti spolia, sed pellitur VERBO DEI. Testatur id experientia Christi, Mat. 4. Nā nost. arma sūt spiritualia. 2. Cor. 10. v. 4

R r Ad

Ad verbum autem Dei etiam preces pertinent, quæ ex fide profectæ, nihil sunt, nisi verbum Dei. Hoc gladio pellitur & vincitur. Si semel pulsus fortasse redeat; Ergo semper acuendus gladius verbi Dei quod ad cor semper demittendum, Deut. 6. v. 7. tractandum, meditandum. Psal. v. 2 & c.

F I N I S.

## T H E M A LXX.

Phil. I. v. 2 I

*Christus mihi vita. Mors lucrum.*

## D I S P O S I T I O.

Magnū *ωδύνη* Paulus in his verbis statuere videtur, si rimans se mortem habere pro lucro quam alii fere omnes pro maximo damno habent. Quod si enim amittere omnia charissima & vitam simul perdere, pro lucro reputandum erit, quid quæso damnum erit? Non itaque videtur Paulus hanc rem intellexisse. Aut loquitur inexperus? (*Weiß nicht wie sterben thut.*) Minime vero cum semel lapidatus, diem & noctem in profundo egerit, 2. Cor. 12. v. 25. Aut non scio hoc ita statuit & fucum nobis facere vult? Nam infra idem denuo repetit, Cupio dissolui. Itaque diuino afflatus spiritu talia profert: quæ non videbuntur amplius absurda, si quæ præcedunt hic, & quæ post sequuntur v. 23, recte considerauimus.

Quia enim Christus ipsa vita: ideo mors lucrum. Et quia melius scit esse cum Christo: ideo dissolui cupit. Sunt itaque sententiolæ prælectæ duo membra quæ singillatim excutienda crunt: vt 1. videamus, quomodo Paulo vita sic Christus. 2. & quomodo mors lucrum.

## II. Pars.

CHRISTVS mihi vita est, inquit Paulus. Id non tantū hac ratione intelligitur, quod Christus uacuum Patre & Spiritu

THE  
 spiritus sanctus  
 equo viuunt  
 ator vitæ  
 Vicissim quæ  
 ploerem ve  
 non est cur  
 hoc loco  
 Quid autem  
 illigij potest  
 1. Sic enim  
 nos excitee  
 19. Ex mort  
 vocem filii  
 Christus loc  
 Elegante  
 De hoc lon  
 13. & præc  
 2. Idem  
 tos, qui gra  
 6. & Psal. 7  
 iuxta id Ps  
 3. Sic via  
 ratur, Hel  
 placere ope  
 mteresse,  
 licum Chri  
 10. Vide et  
 4. Vita Ch  
 Manifest  
 Ioan 5. 1  
 1. Et tand  
 debimus a  
 Sic enim I  
 17. v. 4. vt det  
 Vrs. Hic  
 um VITA,

THEMA LXX. EX NOVO TEST. 627

Spiritu sancto illi dedit animam viuentem, Gen. 2. v. 7. ad  
eoque viuificator est omnium creaturarum, Sap. 11. v. ult.  
amator vitæ.

Vicissim quando aufert spiritum, tunc deficiunt & in  
puluverem reuertuntur, Pl. 104. v. 29. Hoc vero Paulo com-  
mune est cum bestiis omnibus. Itaq; de hoc non gloriatur  
hoc loco.

Quid autem velit ex vocula illa [MIRI vita est] in-  
telligi potest.

1. Sic enim Christus viuificat suos, vt in peccatis mor-  
tuos exciter ad vitam, in hac etiam mortali vita. Rom. 6.  
v. 13. Ex mortuis viuentes facti. Id fit per verbum tanquam  
vocem filii Dei. De hac resuscitatione, quæ fit in hac vita  
Christus loquitur, Johan. 5. v. 25.

Eleganter hoc omne explicat Paulus, Eph. 2. v. 5. & seqq.  
De hoc sonat id Eph. 5. v. 14. Idem exprimitur, Coloss. 2. v.  
13. & præced.

2. Idem etiam nos terroribus mortis & inferni enecat-  
tos, qui grauiores sunt ipsa morte (vt patet Psal. 18. v. 5. &  
6. & Psal. 71. v. 20.) viuificat & ex inferni claustris reducit:  
iuxta id Psal. 71. v. 20. & 116. v. 7. & seqq.

3. Sic viuificat, vt abiectis operibus mortuis (sicut vo-  
cantur, Hebr. 6. v. 1 & Hebr. 9. v. 14. (incipiamus viuere  
& facere opera Deo placentia. Hinc dicitur pii cū Christo  
resurrexisset, Rom. 6. vt in nouitate vitæ ambulent. Viuimus  
sic cum Christo Ibid. v. 8. Et uiuit in nobis Christus, Gal. 2.  
v. 20. Vide etiam 1. Cor. 5. v. 15. 1. Pet. 4. v. 2.

4. Vita Christus nobis est, quia viuificauit in nouissimo  
die. Manifestabit se vita vestra Coloss. 3. v. 3. Et Rom. 8. v.  
11. Ioan. 5. v. 28.

5. Et tandem vita nobis Christus, quia vitam per ipsum  
habebimus æternam.

Sic enim Ioan. 10. v. 28. Ego do eis vitam æternam, Jo.  
17. v. 2. vt det vitam æternam, &c.

Vvs. Hinc intelligimus verba Christi dicentis, Ego  
sum **VITA**, Johan. 11. v. 25. & 14. v. 6. Qui autem uoluit

Rf 2

hoc

hoc sibi polliceti, illi fidem habeant necesse est. Nam vitam habent per illum qui credunt in nomine eius. Joan. 20. v. 31. Qui credit habet vitam aeternam Joan. 3. v. 36. & 5. v. 42. & 6. v. 40. Qui autem non credit non videbit vitam, Joan. 3. v. 36.

## II. Pars.

Christum vitam esse nemo (spero) negabit. Quod autem *mori lucrum sit*, absurdum magis videtur, ut fidem vix mereatur. At si gentiles quoque audiremus, ianiores multi hoc non negarent. Si enim euadere paupertatem, omnium generis morbos, pericula, & omnia mala: & vicissim nulla amplius necessitate premi, nulla re indigere, & c. pro lucro maximo habendum est, certe mors lucrum erit. Quia in morte nobis haec omnia, de quib. diximus, contingunt. Hinc illi mortem, *portum*, profugium & finem omnium malorum vocantur.

Quid nobis Christianis dicendum, qui scimus mortem in scripturis appellari somnum, Marc. 5. v. 39. Ioan. 11. v. 11. 1. Thess. 4. v. 13. & passim. Cum vita alioquin sit militia, Job. 7. v. 1. labor & dolor, Psal. 90. v. 10. Syrac. 41. v. 1. secundum versionem latinam.

Si praeterea nihil haberemus, profecto recte possemus mortem pro lucro.

At maiora etiam sunt, quae ex morte habemus, beneficia.

1. Mors est ianua ad vitam, Joan. 5. v. 14. Hinc Bernardus: Transiit de labore ad refrigerium, de expectatione ad praemium, de agone ad brauium, de morte ad vitam, de fide ad notitiam, de peregrinatione ad quietem, de mundi huius exilio ad veram patriam.

Ipse etiam Cicero sic ait. Nostra haec quae dicitur vita, mors est. Et Seneca, vitam nemo acciperet, si daretur volentibus, Augustinus, diu viuere est diu torqueri. An non igitur praestat mori, quam diu viuere in hoc carcere, sicut Tertulianus vitam nostram vocat.

2. An non pro lucro reputandum est, si corruptibile, infirmum, & ignominiosum macetur in corruptibile, validum & gloriosum. Quod fit per mortem cum seminatur corpora nostra in terram, 1. Cor. 15. v. 42. Et corpus fit glorificatum, Phil. 3. v. 21.

3. Cumque videatur mors damnosa esse, eo quod prius hominem amicis charissimis, & bonis omnibus terrenis, ex contrario parer, quod lucrum sit maius: quia per mortem demum coniungimur cum charissimis & sanctissimis maioribus, & pro terrenis bonis consequimur celestia.

4. Maximum itaque lucrum est, quod per mortem peruenimus ad coronam immarcescibilem gloriæ, 1. Pet. 5. v. 4. 2. Tim. 4. v. 8. & coniungunt illa nos cum filiis Dei.

Vbi quidem hoc sciendum, quod mors per se nobis hoc non præstaret, nisi per mortem Christi ita esset (vt sic dicamus) reformata & in melius transmutata Christus enim sua morte nostram sic sanctificauit, vt quod nostrum fuisset maximum damnum, iam cesserit in nostrum maximum commodum.

V S Y S. Cur itaque mortem sic horremus? Da wir doch sonst alle gern gewinnen.

Lucrum est, non damnum. Quin igitur potius ingemiscientes expectamus liberationem cum omni creatura, Rom. 8. v. 2. & desideramus domi esse, 2. Cor. 5. v. 2.

F I N I S.

THEMA LXXI.

Phil. 1. v. 23.

*Cupio dissolui & esse cum Christo, quod & melius esset.*

D I S P O S I T I O.

In hoc capite Paulus Apostolus ostendit, quod seiat, nondum instare vitæ suæ finem, v. 25. Et tamen optat mori; si peccata ipsam sit optio. Et hoc expresse addit, quod

R I 3                      viuere

viuere quidem cupiat, si Deo ita videatur, propter Philip- penses & alios, vt diutius possit facere officium in Eccle- sia. Quantum vero ad se attinet, dicit, melius fore si mori- riatur. Apparet hic pietas Pauli, & immitatione digna est illa Apostoli *invidia* & promptitudo, quod semper acqui- escit in voluntate diuina. Ideoque hunc locum paulo al- tius considerabimus, dicturi:

1. Quam promptus & paratus sit mori. *Wie lustig vnd gutwillig er sey zum sterben.*

2. Quæ huius promptitudinis causa.

## II. Pars.

Vix quisquam est, qui si optio penes ipsum esset, non e- ligeret vitam quam mortem. Vide querelam His- toricæ, Esa. 28. v. 10. & seqq. Et nemo tam senex, neque tam miser, qui se non annum viuere posse putet.

Quod si vero interdum cupiunt mori homines, illud ex impatientia plerunque prouenit, & tunc cupiunt mori cum vel sunt in magnis tribulationibus: vel nõ omnia ad nutum succedunt. Elias cum fugeret ab Isabele, rogat vt tollatur anima eius. Id certe infirmitatis erat: quia timebat vitæ suæ, 2. Reg. 19. v. 4. Rabel ex impatientia, quia sterilis, optat mori. Ge. 30. v. 1. Hiob ex impatiētia suspē- dium optat animæ suæ, Hiob. 7. v. 15. Sic de ceteris. Gen. 27. in fine, Saram tædet vitæ suæ.

Tale desiderium Paulus non habet, nec ex impatientia mori cupit: quin imo officii causa paratus est diutius vi- uere, & seruire Deo, vt patet ex sequenti v. 24.

At si Deo ita videretur, promptus & paratus esset, et- iam iam hac hora emigrare. Nec simpliciter tantum ait, Cupio mori sed *in christo* exo. Magno se desiderio teneri, dicit. *Hab ein Lust darzu*

Locvs. Idem debet esse affectus in nobis: vt nec Deo inuitio velimus viuere, nec ipso volente recusemus mori. Sic enim peccant, qui Deo inuito aut nondum euocā- te volunt mori (quos se vitæ tædiū cepit) cum teste Hie- rony-

noy mo De  
erant e  
us, cū Deus  
tas fugiunt  
nori animo  
Gen. 27. v.  
Dauidem &  
iuitates, Ioh.  
et, Luc. 2.  
Libera nos

At, inq  
promptus e  
Whitman  
24. Audi  
terit. Id em

1. Non

Luc. 2. v. 2

Indicat

inuis vitæ

infectos qu

tantur coll

Quia ita

scorum Pau

liberati.

1. Non pu

esse cum Ch

stephanus

3. Quia

inno terran

tem Chris

telius.

Vers Es

laudimme

onymo Deus non velit recipere animas, quæ ipso nolente exierunt de corpore: sic etiam peccant qui inuiti moriuntur, cū Deus renocare voluerit, & indignabundi sub umbras fugiunt. Patriarche *ſaturi dierum* fuiſſe leguntur, & mori animo promptiſſimo.

Gen. 25. v. 8. & 35. v. 29. 1. Par. 30. v. 28. Job. 42. v. 17. Vide Dauidem & Joſuam de morte diſſerentes, cum illius hora iſtaret, Joſ. 23. v. 14. 1. Reg. 2. v. 2. Simeon, Nunc dimittis ait, Luc. 2. v. 29. Semper enim oramus, Fiat voluntas tua, Libera nos à malo.

II. *PARS.*

At, inquis, amara morſe eſt, & dura eſt via illa, quis promptus eſſe poteſt? Wer kan luſtig darzu ſeyn. *Kein Wårnlein ſo klein, es fråmmet ſich wann es getreue wirdt* Reſp. Audiamus igitur, quid Paulum tam promptum fecerit. Id enim ex verbis ipſius colligere licet.

1: Non dicit ſe cupere mori, ſed habere *ἐπιθυμῶμεν εἰς τὸ κἀλευσθαι*. Solui cupit. Fere eadem eſt phraſis Simeonis. Luc. 2. v. 29. *Νῦν ἀπαλεύεις*. Nunc ſoluis ſeruum.

Indicat hæc phraſis, nos eſſe hic miſeris & moleſtiis huius vitæ ligatos tanquam boues ſuo iugo: aut equos iunctos quadrigis. Illi gaudent cum tempus a deſt, vt ſoluantur colla ſumantia.

Quia itaq; dira paſſus eſt Paulus ( vide catalogum paſſionum Pauli, 2. Cor. 1. 1. à v. 24. ad finem ) cupit tandem liberari.

1. Non putant ſe anima & corpore periturum, ſed cupit eſſe cum Chriſto. Iſ vero eſt in gloria patris, quem videns Stephanus lætatur, Act. 7. v. 56.

3. Quia melius ſcit eſſe cum Chriſto, ideoque lubens tunc terram relinquere cupit. Nec melius tantum ait eſſe cum Chriſto, ſed *πολλὸν μᾶλλον κρείσσον*: multo & longe melius.

Vs vs Eaſdem rationes quiſq; Chriſtianus conſideras, hæud immerito cū Paulo deſiderabit emigrare ex hac vita

Rr 4 1. Quis

1. Quis enim mercenarius non desiderat umbram & quietem? Hiob. 7. vers. 2. Quis ligatus non cupit solui? Rom. 7. v. 24.

Neque hic opus plura addere de miseria humani generis, quam ipsa experientia docet.

Mirum ergo nos malle quoridie cruce premi, quam quiescere à laboribus, Apoc. 14. v. 13.

2. Deinde quis non cupiat esse cum Christo, qui vnico hoc optauit, vt simus vbi ipse est, Joh. 17. v. 24. Et omnes traham ad me, Joan. 12. v. 32. Quis non sequi cupiat trahentem & euocantem? præsertim cum velit nos facere coheredes, Rom. 8. v. 17. Ipse dicit, hæreditate regnum, Matth. 25. v. 34.

3. Cumque multo & longe melius sit tibi viuere cum Christo, quam hic in mundo habere pressuram, Joh. 16. v. 33. in saui sunt, qui miseriam non cupiunt permutare cum abundantia gaudiorum, Psal. 16. v. ult. quam oculus non vidit, Esa. 64. 1. Cor. 2. v. 9.

F I N I S.

T H E M A LXXII.

Phil. 2. v. 12.

Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operemini.

D I S P O S I T I O.

Omnium Christianorum hoc præcipuum esse debet studium, vt salutem æternam consequantur. Ideo Petrus hortatur, 2. Pet. 1. v. 10. Firmam facite electionem vestri. Et hoc loco Paulus, operemini salutem vestram. Si enim maxime homo esset felicissimus in his terris, & possideret omnes mundi thesauros; iacturam autem faceret animæ suæ, esset is omnium miserissimus, Matt. 16. v. 26. Cum itaque congregati simus hoc tempore in funere eius defuncti, de cuius salute nihil dubitamus, operæ precium

est



mus, nunquam hoc est negligendum. Vide Jac. 5. vers. 20.

Tertio. Vult nos operari salutem nostram *cum timore & tremore*. Hoc etiam arripiunt Pontificii, vt ide sua perpetuam dubitationem probent & nostram *etiam* spiritus evertant. Desumpta autem hæc sunt ex Ps. 11. v. 21. Vbi vult Psaltes vt seruimus Deo in timore, & *exultemus* cum tremore. Vbi vocabulum *exultandi* vel gaudendi tremori coniungitur: vt ostendatur *tremorem & timorem* hunc non pugnare cum lætitia spiritus & *etiam* Christiana, sed tantum opponi securitati carnali. Huc pertinet ad Prou. 28. v. 14. Beatus qui semper timet. Huic opponitur ibidem securus & præfractus.

## L O C I.

I. D I S C I M V S, Nunquam debere nos esse immemores salutis nostræ: vt temere amittamus & excutiamus eam hereditatem quæ nobis est *ab initio* parata. Matt. 25. v. 34. per Christum. Possent vtrique retinere omnes si vellent. At plurimi de hac plane non sunt solliciti: sed repellunt verbum Domini, Act. 13. v. 46. *Nis manu sitis mit suis? seu von sich stießen*. Ideoque sic ait Spiritus sanctus: Ex terditio tua ô Israel, Hof. 13. v. 9.

T V N O L V I S T I, Matt. 23. v. 37.

Quare moriemini? Ezech. 18. v. 31. & 33. v. 11.

De temporalibus plerique magis sunt solliciti, quam de cœlestibus, vt patet ex parabola, Luc. 16. v. 8. At Paulus *Superna & cœlestia* querere iubet, Col. 3. v. 2. Quid enim prodesset lucrari mundum, & perdere animam, Matt. 16. v. 26. Prima itaque cura sit illa de qua Christus, Matth. 6. v. 33. & 19.

II. Nunquam ex animis nostris excutiendus timor Domini: nec vnquã indulgendum securitati carnali. Quia semper nobis est pugnandum cum Diabolo, Eph. 6. v. 12. 3. Pet. 5. v. 8. Multi sic agunt, ac si iam omnino debellatum esset, & Diabolum iam mortuum esse putant. Ideoque in diem viuum & peccatis seure indormiunt. At hi postea incau-

icanti obre  
te cadat.

acralibus

Est autem

cum m. reg.

mino temp

T

incauti obruuntur. Ideoque qui sibi videretur stare videat ne cadat, 1. Corin. 10. v. 12. & Rom. 11. v. 20. timeas: quia si naturalibus ramis non pepercit, &c.

Est autem hic timor filialis, Rom. 8. v. 15. nec pugnat cum *πληροφωρία* fidei. Ideoque & timere & simul in Domino semper gaudere vult Philippenses, Phil. 4. v. 4.

F I N I S.

THEMA LXXIII.

Phil. 3. v. 20.

*Nostrum πολιτευμα* in caelis est, ex quo & seruatores expectamus, Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile vt conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam qua potest etiam subirecere sibi omnia.

D I S P O S I T I O.

Prima cura & studium hominis adulti est, vt certo quodam & honesto loco sibi aliquod *ius ciuitatis* acquirat, vbi victum manibus quætere, & inde vitam suam, cum suis sustentare possit. Id quod non improbandum. Verum cum in his terris nonnunquam contingat, vt interdum hoc ciuitatis iure excidant homines, aut illud adepti ad tempus saltem [neque epim immortales sumus] vlturpare possint, ideoque Paulus breuissimis hisce verbis alium locum demonstrat, in quo & tutius & diutius hæere possimus. Tria autem hic consideranda veniunt.

1. Vnde petendum sit hoc ciuitatis ius, hoc nostrum *πολιτευμα*.
2. Quis fructus ex eo ad nos redundet.
3. Quid nobis iuxta faciendum, vt eo tanquam principali priuilegio gaudere, vti & frui possimus.

I. Pars.

Nostrium *πολιτευμα* est in caelis. Loquitur Apostolus de

de Christianis, qui quamvis origine terrestres sunt, attramen sibi nullam firmam sedem domiciliumque stabile in hac vite instabilitate promittant, sed properent coeli munifices fieri, ibique suum nomen apud Deum tanquam pretorem profiteri. Ibi enim nostra ciuitas: vbi perpetuo manere poterimus. Inscrubimur autem in Baptismo, Gal. 3. v. 27.

L. Discipulus nos esse in hac terra hospites tantum, peregrinos & exules, longe à patria nostra remotos, vnde Jacob vitam suam vocat dies peregrinationis, Gen. 47. v. 9. Job dies mercenarii, Job 6. v. 1. Dauid vocat se Pl. 19. v. 14. peregrinum, quales fuerint patres sui, de quibus Heb. 11. v. 14. extat, quod peregrini & hospites fuerint super terram; item Psal. 119. v. 19. appellat incolam. Peregrinamur enim à Domino, quamdiu sumus in hoc corpore, 2. Cor. 5. v. 6. nec habemus manentem ciuitatem, Hebr. 13. vers. 14.

Vsvs I. Dicuntur in hunc finem, ne terrenis adeo auide inhiemus, quemadmodum maxima pars ad augendam rem suam domesticam adeo intenti sunt, vt ad id nari quasi videantur. Sed cogitandum mox nos expulsum fore, vbi omnia relinquenda. Nam vt nihil intulimus, 1. Tim. 6. v. 7. vt nudi egressi sumus ex vtero Job. 1. v. 21. Eccl. 5. v. 14. ita nihil auferemus de labore nostro. Consultius ergo superna querere, Coloss 3. v. 1. quæque tetro sunt obliuisci, Phil. 3. v. 13.

2. Facit ad consolationem cogitantibus quis locus destinatus sit morituris, ecelum videl. Sic enim hic Paulus dicit: nostram conuersationem esse in cælis. Origine quidem alienati eramus à conuersatione Israel Ephes. 1. v. 12. Nunc autem per fidem in Christum ciues sumus redditi cælestis illius ciuitatis, cuius priuilegiis cum aliis conciuibus æternum vti licebit. Domestici Dei, conciuus sanctorum, ibid. v. 19.

3. Facere debet hoc ad subeundam eo promptius mortis alcam. Mirum est homines tingi & cohorrescere quasi, vcl

eadem  
nobis p  
uitam a  
hic com  
coque ad  
noceat  
zui, Luc. 2.  
dicit curiam

Quid ante  
celis habem  
cum salt  
curus est,  
ini integ  
conforme  
vest sibi  
Et recte v

Consola  
nos habere  
tem, tyran  
propter pecc  
ullimio  
tem vira  
li, Roman  
ciues san

lla 64. i. C  
i. Inprimis  
u nostra co  
tra corp  
vacuum. Ac  
cum felicit  
ne cui ad d  
uelli, quod  
mens afflic  
te, cum au

vel ad mortis saltem mentiunculam, quæ tamen tam la-  
tam nobis portam aperit eo facilius & felicius ad patriam  
nostram aspirandi. Nam natura; vt inquit Cicero, pauli-  
per hic commorandi, non habitandi diuersorium dedit.  
Ideoque ad nostram patriam cum Apostolo, 2. Cor. 5.  
tendere anhelabimus, cupiemus dissolui, Phil. 1. v. 23. di-  
mitti, Luc. 2. v. 29. hæc dicemus cum Seneca: Viri, & quam  
dedit curium fortuna peregi.

## II. Pars.

Quid autem nobis expectandum venit, ex eo, quod in  
cælis habemus *pariterque*: Habemus saluatorem, & is non  
animæ saltem rationem habebit, quam omni felicitate  
beatus est, sed & corporis nostri cura ita tangeretur, vt il-  
lud in integrum restitutus sit, adeoque suo proprio corpo-  
ri conforme redditus. Nam est omnipotens, qui omnia  
potest sibi subicere. Vno verbo, *Er wird uns an Leib und  
Geist reich und seligmachen.*

Consolatio duplex est in his verbis. 1. Quod scimus  
nos habere ius ciuitatis in celo & saluatorem. Non iudi-  
cem, tyrannum, sed Iesum. Amiserant quidem idem  
propter peccata sua protoplasti, sed illud recuperauit, &  
postliminio quasi reduxit illud Christus, vt iam certam  
spem vitæ æternæ habere possimus. Et spe iam sumus  
salui, Roman. 8. v. 24. Sumus domestici Dei facti, Eph. 2.  
& ciues sanctorum, & angelorum ineffabile gaudium, Pl.  
16. Esa 64. 1. Cor. 2.

2. In primis vero magna est hæc consolatio, quod Chri-  
stus nostra corpora conformia reddet suo corpori. Etenim  
nostra corpora sunt valde misera in hac vita, idque propter  
peccatum. At hæc omnis miseria tum conuerteretur in ma-  
gnam felicitatem. Chrystomus hoc admittit Papæ,  
illine qui ad dextram patris sedet, conforme fiet hoc cor-  
pus? illi, quod adoratur ab angelis: Ergo patienter ferende  
omnes afflictiones quas perferimus in hoc nostro cor-  
pore, cum nulla sit futura comparatio: sicut enim Christi  
corpus

corpus non amplius est mortale, non esurit, non sitit; sed est gloriosum: ita nostra erunt corpora, 1. Cor. 15. *quod si sic fiet a quo dicitur.* Neque quicquam obstabit quo mortis genere occuberit corpus hominis pii & quomodo. Etenim tanto magis futurum est gloriosum, quanto fuit ignominiosius. Neque enim hoc est impossibile Deo, sed, qui cuncta subiecit sibi, qui dixit: mihi data est omnis potestas, is etiam hoc poterit efficere & præstare, quod per vas suum electum hic promiserit.

## III. Pars.

Vnum hoc tertio loco addi etiam debet, ut sciamus, quid nobis civibus sit faciendum. Nam hic labor, hoc opus.

1. Civis vivere debent secundum leges & statuta præscripta. Leges ergo & nos observabimus. Explica hoc secundum præcepta Decalogi. Neque enim civibus concessum est pro lubitu suo vivere: Ita neque nobis, sed faciendâ patris voluntas, Matth. 7. v. 21. Dico enim vos tum demum amicos, inquit Christus, Joh. 15. v. 14. si feceritis voluntatem. Ergo danda corpora ad servendum Deo viventi, Heb. 9. v. 14. Rom. 12. v. 1.

2. Onera Reipubl. ferenda *Srohnen / wachen / rehsen.* Ita & nos parati sumus ferre ferenda. quæ summus *civitas huius* cœlestis præses imposuerit. Tollite iugum meum, Matth. 11. vers. 29. Qui non tollit crucem suam, Matth. 16. vers. 24.

F I N I S.

## T H E M A L X X I V.

Coloss. 2.

Et vos cum essetis mortui per delicta & præputium carnis vestrae, simul cum illo vivificabit, condonans nobis omnia delicta deleta, quod adversus nos erat chirographo, quod erat contrarium nobis per decreta, & illud sustulit de medio & cruci affixit.

D I S P O.

Paulus Ep  
concordia:  
us, etiam cu  
us nos cum  
nal cum co  
quibus in  
Deo in nos  
ferunt anim  
sat in epistol  
quella, cur  
petræant  
cumis alie  
no ex coll  
1. Primum  
sistentium  
2. Quo  
3. Quon  
uata.

De Colo  
ter, quod a  
sunt mort  
ze a corpor  
noctem, ide  
tum velicel  
viri erant.  
paratum,  
Per præp  
pe laborab  
L. Dilecti  
stantissimo  
solam Ch  
nere digni  
obis, quales

## DISPOSITIO.

Paulus Eph. 2. v. 5. sic scribit, Deus qui diues est in misericordia: propter multam charitatem suam qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos cum Christo, simulque cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes, &c. Hæc verba, quibus insignia illa beneficia, per Christum parata, & à Deo in nos collata, exactissime describuntur, sic Pauli fuerunt animo infixæ, vt bona ex parte eadem verba repetat in epistola ad Colossenses, loco prælecto. Debent itaque illa, cum non minus, ad nos, quam ad Colossenses pertinent (quia & ipsi eramus gentiles) nostris quoque animis alte infigi, quanta beneficia acceperimus. Istud vero ex collatione optime patebit.

1. Primum ergo dicit Paulus, quo loco res suorum Colossensium fuerint ante conuersionem.
2. Quo in statu iam sint res ipsorum post conuersionem.
3. Quomodo tanta Dei beneficia in ipsos fuerint deriuata.

## I. Pars.

De Colossensibus, sicut antea de Ephesiis Paulus refert, quod antequam Christi cognitionem acquisuerint, fuerint *mortui*. Non intelligit autem separationem animæ à corpore, vel mortem corporalem: sed spiritalentem mortem, ideoque addit, Mortuos fuisse *in peccatis*. Quia enim nesciebant remedium contra peccata, in illis sic perituri erant. Quando tales fuerint addit, sc. cum haberent præputium, id est, quando fuerint gentiles, alieni à Christo. Per præputium etiam intelligit impuritatem omnem qua laborabant gentes, sicut Rom. 1. v. 29. patet.

L. Discimus quales fuerint omnes homines nati sub Gentilismo, scilicet, extra Christum, (antequam per Baptismum Christo inferebantur) mortui, hoc est, æterna morte digni, alieni à Deo, à promissionibus, & omnino tales, quales describuntur, Eph. 2. v. 2.

Nec

Nec tales tantum erant Ephesi & Colossenses, sed & nos Germani, oriundi à gentibus & postremi inter gentes conuersi ad Christum, pauci hoc agnoscent. Adeoque etiam minus sunt grati erga Deum. Ideo Paulus suis illud sapere in memoriam reuocauit, 1. Corin. 12. v. 2. Ephes. 2. vers. 1.

II. Sed hodie ante regenerationem sumus in peccatis mortui, quæ abluendum necesse est lauacro aquæ in verbo, Ephes. 5. Tit. 3. Facit hoc contra affectores liberi arbitrii.

### II. Pars.

Et antithesi constat, quanto meliori iocō iam sint res Colossensium, de quibus ait, quod cum olim mortui fuerint, iam sint *uiuificati*. Et quidem *conuiuificati* eū Christo, sicut & Ephes. 2. legitur. Intelligitur illa ad vitam spiritualem per Christum facta reductio, quam vita æterna consequitur. Qualem uero uiuificationem intelligat, ipse ostendit ad deum: *Condonans nobis omnia delicta*, Beati enim sunt quorum sunt remissæ iniquitates, Psal. 32. v. 1.

Sicut enim propter peccata mortui dicebantur: ita propter remissionem peccatorum pro uiuis reputantur.

Et notatu in primis dignum est quod *condonata omnia peccata* asserit. Et inquit **NOBIS**.

L. Idem nobis beneficium contingit per Christum, quod olim Colossensibus, quod Deus nobis credentibus peccata uult remittere & condonare: in quo omnis nostra salus consistit. Beatus cui Dominus non imputat peccatum, Psal. 32. v. 1. Datur salus populo quæ est in remissione peccatorum, Luc. 1. v. 77. Hæc uere uita est nostra.

Ineffabile profectio est hoc beneficium.

2. Tanto uero maius quod *condonantur delicta*, scilicet ex mera gratia, Mat. 18. v. 27. Rom. 11. v. 6. Ephes. 2. v. 5. & 8.

3. Et quod *condonantur omnia*. Omne debitum remissi tibi, Mat. 18. v. 32.

Consolatio hæc peccatoribus credentibus maxima est.

III. Pars.

## III. Pars.

Qua ratione autem Colossenses hæc tanta beneficia acquisierint probe notandum. Factum, id est, mediante Christo, cum quo, siue per quem, sunt viuificati. Propter illum etiam condonata peccata. Quomodo?

1. Quod is deleuit chirographum scriptum contra nos. Decreta & legem Decalogi intelligit, quibus lex nos peccati reos agebat. Hoc chirographum cōtra nos scriptum Christus deleuit suo sanguine, ne posset nos conuincere.

2. Ne tamen deleuit, sed & plane sustulit è medio, ne veniret in conspectum iudicis, atq; cruci suæ affixit. Hoc est, Christus in cruce vna litura deleuit peccata, sustulit, & in cruce reliquit affixa: dum pro nobis factus fuit maledictum, Gal. 3. v. 13.

1. Maior consolatio vix esse potest homini de peccatis tentato, quam hæc ipsa: quod omnia condonata, per Christum deleta, sublata sint è medio. Idem Mich. 7. v. 19. In profundum maris demersa. Nunquam desperabit, qui hæc & similia (vt sunt, Psal. 103. v. 12. Esa. 44. v. 22) fidei corde meditatatur.

Faciunt autem hæc pro pœnitentibus & credentibus. Cæteris valet id, Psal. 90. v. 8. Statuisti in lucem.

F I N I S.

## THEMA LXXV.

Coloss. 3.

Superna curate non terrestria. Emortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo, in Deo. Quandoque Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tunc & vos cum illo man festabimini in gloria.

D I S P O S I T I O.

Tria sunt in his verbis Pauli, quæ accuratori explanatione opus habere videntur: cum prima fronte quadam

Ss

appa.

appareant partim seruatu difficilia, partim absurda, partim admodum dubia, quæ hic audimus à Paulo.

Primo cum Paulus vult nos plane valedicere rebus terrenis, & quærere superna, quod in his terris carni & sanguini admodum graue est.

Deinde rationem præcedentis redditurus dicit nos iam esse mortuos, cum tamen viuamus.

Tertio, tum demum vitam nostram esse reuelandam quando Christus aduenerit, ait. At si hæc singula probe considerauerimus, patebit hunc locum singulari doctrina, necessaria admonitione, & iucunda consolatione, non carere. Igitur illa tria membra ordine tractabimus.

I. Pars.

Superna quærite non quæ in terris sunt, ait. Quomodo hoc poterimus facere, qui sumus in terris? An non quærendus victus labore manuum? Psal. 128. v. 2. An non curandi domestici? 1. Tim. 5. v. 8. An non liberis thesaurizare debent parentes? 2. Cor. 12. v. 14. Ita sane. Neque hoc prohibet scriptura si rite quæratur.

At terrena non sic quærenda vt negligantur superna: sed primum quærenda superna. Sicut Christus hoc explicat nobis: Matt. 6. v. 33 Per superna intelligit cœlestia, regnū Dei & iustitiam eius & omnia quæ ad regnum Dei pertinent, vt sunt pax & gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. versic. 7.

Et hæc sunt quærenda. Dann stelsassen vns nicht selber nach. Ideo Christus Matt. 6. Trachtet darnach.

L. Discimus, à via veritatis longe aberrare eos, qui tantum sapiunt τὰ ἐπιγινῶσκειν, Phil. 3. v. 19. quod prohi dolor multi faciunt quorum Deus vel venter est, vel Mammon, Mat. 6. v. 24. Non possumus autem Deo simul & Mammonæ seruire. Exempla Nabal. 1. Sam. 25. Diues Luc. 12. v. 19. & alterille, Luc. 17. v. 19. Ab ethnicis hoc illi didicerunt dicentibus: o ciues quærenda pecunia primum &c. At finis est interitus. Phil. 3. v. 19. Vide de his, Psal. 39. v. 12. & seq. vsq. ad finem.

II. Pars.

## II. Pars.

Quare non sunt querenda terrena, sed magis coelestia? Audi Paulum Quia estis mortui. Quid hoc rei? Nunquid viuimus, alioquin terrena amplius non quereremus. Respondet Paulus: uiuitis quidem corpore, sed vita uestra abscondita est in Deo cum Christo.

Hoc uult, primum, vos estis mortui mundo & peccatis, Sicut & Rom. 6 v. 11. habetur. Quemadmodum enim mortui mundanis negotiis & peccatis non amplius sunt implicati, ita pii selecti à mundo Ioh. 15. v. 19. non occupantur mundanis rebus & peccatis: sed nouam uiuunt vitam Deo placentem. Hoc uocat Paulus, in nouitate uitæ ambulare, Rom 6.

2. Abscondita uero dicitur uita Christianorum, in Deo quia illorum uita spiritalis (quomodo scilicet Deo uiuant & seruiant) coram mundo est mysterium absconditum. Die Welt versthet sich nichts darumb. At Deus nouit quomodo ipsi uiuant pii.

L. Sæpius scriptura nos admonet, quod simus mortui Rom. 6. v. 2. Col. 2. v. 20. 2. Pet. 2. v. 24. Sepulti, Rom. 6. v. 4. atq; consepulti Christo. Ibid. v. 5. mundo crucifixi, Rom. 6. v. 6. Gal. 6. v. 14. ut intelligamus, non debere nos amplius uiuere cum mundo, & nos conformare huic seculo, Rom. 12. v. 2. sed transformare potius per renouationem mentis. Sicut enim mortuus iustificatus est à peccato, Rom. 6. v. 6. ita reputate uos ipsos mortuos quidem esse peccato, uiuere autem Deo, inquit Paulus Ibidem v. 11. Et in illo capite hæc materiam copiose & eleganter tractat, & ex hoc concludit, Non debere peccatum regnare in mortali corpore. v. 12.

## III. Pars.

Si non licet (iniquat aliquis) nobis qui in terris sumus uiuere cum terrenis, quam erimus miseri? Si tanquam mortui iater uiuentes oberrauerimus, quam male nobiscum

biscum ageretur? Respondet Paulus: uiuetis aliquando & vos, & vere tum uiuetis. Quando Christus. [qui vita uestra est] manifestabitur, etiam vos cum ipso manifestabimini. Ibi omnibus notum fiet, quod uiuatis, & quidem cū Christo in magna gloria. Tunc coram omnibus Angelis & electis apparebitis uiui, & manifesta fiet uestra fides & patientia. Darumb löndt ihr euch jezund wol ein kleine weil htmunder rucken vnd schmücken/te.

L. Magna hæc est piis consolatio, qui coram mundo sunt semper tanquam oues occisionis, Rom. 8. v. 36 mortificati, 2. Cor. 6. v. 9. Vide 1. Cor. 4. v. 9. & seq & 2. Cor. 4. v. 8 Sed ecce uiuunt, quia Christus ipsis uita est. Hanc ob causam non afflictiones tantum huius mundi, sed ipsam mortem patienter ferre possunt: quia Christus uita ipsis est, Joh. 11. v. 25. & 14. v. 6. Et Joh. 14. v. 19. uiuo ego & vos uiuetis. Sic Paulus, Phil. 1. v. 21. Mihi uita Christus.

Licet autem in hoc mundo mortui potius habeantur quam uiui, manifestabuntur tamen uitam cum Christo. Sicut Christus tertia die apparuit uiuus. Act. 1. v. 3. ita etiam fiet de electis. Itaque dicendum, Pl. 118. v. 17. Non moriar, sed uiuam. Quia Christus mihi uita.

Ergo mors lucrum. Cogita de gloria reuelanda. De qua hic & Rom. 8. v. 18.

F I N I S.

T H E M A LXXVI.

1. Theff. 4.

Nolo vos ignorare fratres, de iis qui obdormierunt, ne doleris sicut & ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo.

Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quod nos qui uiuimus & reliqui erimus, in aduentum Domini nequaquam

quampræuenient eos qui dormiunt. Quia ipse Dominus cum hortatu voce Archangeli, ac tuba Dei descendet de caelo & mortui in Christo resurgent primum. Deinde non uiuentes qui reliqui erimus, sumus cum illis, rapiemur in occursum Domini in nubibus in aera, & sic semper cum Domino erimus. Proinde consolamini vos mutuo sermionibus his.

## DISPOSITIO.

Merito hæc verba eorumque explicationem audietis attentissime, cum alias semper res nouas non tantum audire cupiatis: sed & de statu aliorum hominum inquirere soleatis, nec dubium quin maxime desideretis scire quid de mortuis & defunctis fiat. Ea id omne nobis primum Paulus reuelat, quid de illis fiat. Deinde vero & hoc mysterium insigne pandit, quis ordo & processus in resurrectione sit obseruandus: quod scriptura alibi non prodir. De utroque breuiter dicemus.

1. De itatu & conditione dormientium
2. De ordine, pompa & processu resurrectionis.

## I. Pars.

Non vult Paulus celare suos, quid fiat de defunctis. Idque hanc ob causam, ne nimium fiat tristes, sicut ceteri qui spem nullam habeant, resurrectionis sc. Gentes intelligit, quæ nihil horum sciunt ex Philosophia, Loquitur autem de pie defunctis quod indicant verba: *Si credimus*: Deinde verba; qui obdormierunt per Iesum, hoc est, qui in Domino, vel in fide Iesu Christi mortui sunt.

De defunctis porro duo habet consolatione plenissima.

1. Dicit illos tantum dormire. Idque secunda vice reperit. Ergo bene ipsis est.
2. Dicit excitandos, sicut & Iesus Christus fuerit excitatus. Quia enim credamus Christi resurrectionem, credendam

deandam etiam nostram, quæ ex illa dependet 1. Corinth. 15.

Locvs principalis iuxta intentum Pauli hic est, vt dicamus quomodo mortui sint lugendi. Non vult nos Paulus illos lugere tanquam homines qui anima & corpore perierint, sed tanquam eos qui in cubilibus suis suavissime dormiunt, Esa. 26. v. 20. & 56. in fine.

Bifariam hic peccatur à nostris. Alii neminem lugent. Imo lætantur super obitu non inimicorum tantum (contra id Syr. 8. v. 8.) sed & amicorum & coniunctissimorum, vt parentem & coniugum, aut tamen fratrum & sororum: præferim si quid hæreditatis expectare possunt aut aliis de causis.

Hoc plane inhumanum & plus quam bestiale est. Contrarium docet Syrac. 38. v. 16. Olim plangebant suos, Ah frater, ô pater, &c. Vide exempla huius, 1. Reg. 13. v. 30. & 14. v. 18. & 2. Reg. 13. v. 14. David Abnerum, Ionathanû, imo & Saulem ipsum luget, 2. Sam. 3. v. 31. & 2. Sam. 1. v. 17. Israelitæ suos Magistratus plangunt. Deut. 34. v. 8. 2. Para. 35. v. 25. 1. Sam. 25. v. 1. Et sacerdotes, Num. 20. v. 29.

Alii deinde modum excedunt in luctu, nec volunt admittere consolationē. Nec hoc Christianum est, sed gentile & iudicium tales carere spe & fide.

Cogitandum potius 1. hæc vitam omnis carnis, 1. Reg. 2. v. 2. Jos. 23. v. 14. Et 2. præmissos, non amissos, 2. Sam. 12. v. 23. 3. Conuenturos & agnituros inuicem. 4. Dormire non interire defunctos. 5. Eisdem resurrecturos. 6. Mortales natos. 7. Nec lachrymis posse illos à nobis reuocari, Syr. 38. v. 21. & 22. & 24.

SECUNDO. De statu defunctorum optime erudit Paulus, dum *pios dormire* inquit. Idem passim habet scriptura, 2. Sam. 7. v. 12. Si dormieris. Idem Esa. 56. Dan. 12. Joh. 11. Marc. 5.

1. Itaque certum est quod non pereant anima simul & corpore. Viuunt coram Deo, Matth. vigesimo secundo. Luc. 20. v. 38.

2. Non

2. Non vagantur animæ in terris. Quia in manu Dei sunt, Sap. 3. v. 1 quamdiu corpus dormit.
3. Melius habent dormientes quam viuentes. Quia in vita labor, & dolor, Pſal. 90. verſ. 10. In morte quies, Apoc. 14. v. 13.
4. Certa spes reſurrectionis hinc fouetur. Quia euigilabunt, Dan. 12.
5. Reſurrecturi ſunt in maiori gloria, quam in terra habuerunt. Juxta id 1. Cor. 15. v. 42. Sicut qui mane ſurgit eſt robuſtior, agilior, & vegetior, quam ſuit noctu cum iret cubicum.

II. Pars.

Porro Paulus ordinem & pompam reſurrectionis graphicè depingit. Videtur illa quæſtio fuiſſe agitata à Theſſalonicenſibus, an non in reſurrectione ſuperſtites illi, de quibus. 1. Cor. 15. v. 15. ſint præuenturi mortuos & ſepultos. Informant itaque ſuos de hoc myſterio: *Et tanquam uerbum Domini* hoc loquitur, ut ſimus certiffimi, quod ueritatem proficeatur.

1. Ipſe Dominus Chriſtus Ieſus ueniet uisibiliter: ſicut dixerat angelus, Act. 1. v. 11. ſicut uidiſtis eum.
2. Veniet cum maieſtate, Matt. 26. v. 64.
3. Cum uoce Archangeli, tuba Dei & horratu magno. Si erit ſolè Principes præcedere Tubicines *Tuba* autem Dei erit ſonora magis. Deſignatur magna maieſtas.
4. Per tubam illam excitabuntur primum deſuncti.
5. Illis ſurgentibus uiui & ſuperſtites immutabuntur in iſtū oculi, 1. Cor. 14. v. 52.
6. Neque tamen hi illos antecurrent: ſed ſimul mortui excitari, & uiui immutari rapientur per aera.
7. Et ueniet in occurſum Chriſti in nubibus.
8. Magno gaudio Chriſtus excipiet ſuos, & cum ipſo manebimus in æternum. De piis enim loquitur.

L o c u m ipſe Paulus monſtrat his uerbis, Conſolemini inuicem ſermonibus his,

Magna igitur confosario pro moritutus hinc peti debet. 1. Quod certi sumus nos tuba Dei excitandos: Die wird keiner überhören/ Joh. 5. v. 28. Niemand wird da hinten bleiben.

2. Nec antevertent nos alii proximiores [vt ita dicamus vel sentiamus] Christo, viui scilicet superstites: Daß wir hernach in Himmel nie mehr solten hinein können/ oder doch hinten stehn. Sicut in spectaculis magnatum, qui priores admittuntur, videntur sibi feliciores. Reiciendæ tales imaginationes ex animo.

3. In occursum Christi veniemus & videbimus cum factus est, 1. Joh. 3. v. 2. Facie ad faciem, 1. Cor. 13. v. 12.

4. Et quod maximum est, manebimus cum ipso in æternum, in delectatione, Psal. 16 in fine.

## F I N I S.

## T H E M A LXXVII.

## 1. Thessal. 5.

De temporibus & articulis temporum. fratres, non est opus vt vobis scribam. Ipsi enim plane sciunt, quod die, ille Domini vt sur in nocte, ita veniet. Quam enim dixerim. pax. & tui a omnia, tunc repentinus eis imminet inieritus Sicut il. dor parvus nubl eri pregnant, nec effugient, &c.

## D I S P O S I T I O.

Dixerat Paulus in præcedentibus venturum filium Dei cum voce Archangeli & tuba Dei: atq; nos in illius occursum venturos in nubibus. Hæc dum audimus, statim solet caro nostra [vt plurimum in his rebus curiosa] quærere, quando istud fiet? Hoc absque dubio etiam ipse Paulus intellexit & ideo voluit hanc quæstionem præcidere Thessaloniensibus verbis iam prælectis, ne vltra quærant cum Apostolis Christi, Luc. 21. v. 7. quando: & A. 1. v. 6. Jamne fiet id. Duo autem docet his verbis Paulus.

Pri.

Primum diem & horam nouissimi diei, siue aduentus Christi nec sciri, nec inuestigari posse. Deinde vero hoc sciri debere, quod ex improviso sit venturus. Idque, similitudinibus explicat.

## I. Pars.

Non opus est scribere vobis de temporibus & articulis temporum aduentus Domini, ait Paulus. Q. D. Scio equidem, vos iam curiosius cupere scrutari tempora, quando id sit futurum de quo scripsi vobis. At hæc sciri aut inuestigari non possunt nec debent. Imo nec opus quidem est vt sciatis. Quia nemini vnquam hoc est reuelatum: idco Deus non iudicauit necesse esse, vt quisquam sciat, alias non occulta flet.

Lo c v s. Conueniunt hæc cum verbis Christi, Matth. 24. v. 36. Matc 13. v. 32. & Act. 1. v. 7.

Quia enim est *dies Domini*, sicut Paulus hoc ipso loco eum vocat, penes Dominum erit apparere quando placuerit.

I. Errant itaque, imo grauissime peccant, qui conantur id perscrutari quod pater referuauit maiestati suæ, & ne sanctissimis quidem Angelis (qui quotidie faciem ipsius vident Matth. 18. v. 10.) reuelare voluit.

Fulmine digna etiam nostrorum hominum quorundam impia curiositas: quando nonnulli ex astrorum positu, alii ex illis numeris, quos Propheta Daniel habet capite duodecimo, alii item ex obscuris illis vaticiniis & numeris Apocalypsis, atque ex Naomeriæ illa in, qua stolidi homines nonnulli, & tertio seculares nostri (nouum & blasphemum genus hereticorum, qui Cerinthi & Chiliastarum errores ex orco reuocant) mire sibi ipsis placentes exactissime scrutari & ostendere volunt annum aduentus Domini, &c. Et mirum adhuc inueniri homines non indoctos, qui his absurditatibus aut delectantur aut fidem habent, cum experientia, ipsa vanitatem illarum prædictionum hæcenus refutarit.

Hoc nobis sufficiat, quod ex signis per Christum monstratis, & Apostolorum manifestis verbis scimus, nouissimam horam esse, instare aduentum Domini. Vide *Matt.* 24. v. 33. & *1. Joh.* 2. v. 18. Et *1. Cor.* 10. v. 11. fines seculorum. Plura de hac materia, & quare Dominus occultare voluerit horam & tempus aduentus sui, vide supra in prima parte *Promptuarii*, in *Dispositionibus Thematum classis VI. Lex Matth.* 24. 25. *Marc.* 13. *Luc.* 25. 1. *Pet.* 3. *Apoc.* 1. Pagina primæ partis *Promptuarii* 457. & sequentibus, & imprimis 464. & 458.

II. *Pars.*

Sicut autem tempus exacte nemo nouit, quando venturus Dominus: ita vicissim ex hoc exactissime nouistis omnes, quod subito & inopinato venturus sit dies Domini: dicit Paulus hoc loco. Et tunc quidem quando minime putabunt, sed dicent pax, & tuta omnia. *Es hæc tunc uos.* Id quod sic Christus explicat: edebant & bibebant, 24. v. 18.

Erit ergo impiis & securis repentinus interitus.

Duabus similitudinibus rem illustrat.

1. De fure nocturno. Hoc uideatur mutatus ex sermone Christi, *Matth.* 24. v. 43.

Eadem similitudo etiam habetur, 2. *Pet.* 3. v. 10. *Apoc.* 3. v. 3 & 16. v. 15 vide de hac in 1. parte *Promptuarii*, pag. 457. 475. 481. & 484.

2. Altera similitudo est de muliere prægnante admodum elegans. Illa à tempore conceptus solet numerare tempus partus. Et intelligit quidem instare tempus partus post aliquot menses: at nec diem nec horam, ne articulos temporum exacte scire potest. At subito irruunt in ipsam dolores partus.

*Locvs.* Quod Deus occultauit tempus aduentus & subito uult apparere, hoc fit, partim propter electos, ut abbrevientur dies, *Matt.* 24. v. 22. partim propter securos, ne differant pœnitentiã, Videmus quid fiat cum ignoramus

nos tenemus  
fit constitut  
erit interitu  
lar: antequ  
erit locus p

Et sicut  
recilli dolo  
to pancrea

Et quod  
particulari  
beti intellig

Quid ergo  
12. Vide ho  
que legunt  
& 1. a. v. 3.  
& 1. Petr.

Novo  
re saluam  
Christum  
larum am

Initio h  
tentatum  
immiscere  
nua omni

Consola  
curus fit C  
lucis, qua  
debeturam  
lucis, his

mus tempus : quid putatis futurum, si certum tempus esset constitutum? Cauenda autem securitas: quia securus erit interitus repentinus. Et sicut fur nocturnus damnanda antequam surgat parte familias: ita accidet illis, non erit locus penitentiae.

Et sicut dolores partus mulier non potest effugere, ita nec illi dolores inferni: qui conceperunt iniquitatem, id eo patiantur dolorem, Job. 15. v. 35. Esa. 59. v. 4.

Et quod de nouissimo die vniuersali dicitur, idem de particulari hominis nouissimo die, hoc est, de morte debet intelligi. Sicut supra suo loco saepius diximus.

Quid ergo faciendum? Vigilate. Orate. Et parati estote. Vide hoc ipso loco, 1. Thess. 5. v. 4. & sequentes. Et ea quae leguntur, Matt. 25. v. 41. Matt. 25. v. 13. Marc. 13. v. 33. & 14. v. 38. Luc. 12. v. 35. Luc. 21. v. 34. & 36. 1. Petr. 5. v. 8. & 1. Petr. 3. v. 11. & 14. &c.

F I N I S.

## THEMA LXXVIII.

1. Thess. 5. v. 9.

*Non constituit nos Deus vt iram nobis concitemus sed vt salutem consequamur per Dominum nostrum Iesum Christum qui mori uisus est pro nobis, vt siue uigilemus, siue dormiamus simul cum ipso uiuamus.*

## DISPOSITIO.

Initio huius capituli Paulus de Auentu Domini dixit, venturum ipsum ceu furem in nocte. Ideoque impiis tum imminere repentinum *interitum*: cum dicturi sint pax & tura omnia.

Consolatur autem rursus Thessalonicenses, quod venturus sit Christus quidem subito: at non ut perdat filios lucis, quales ipsi sint, sed tantum ut sic intereat filii tenebrarum. Hanc consolationem amplificat siue diducit latius, his uerbis praelectis suauissimis, quibus Thessalonicenses

centes & omnes Christianos de salute sua quam certissimos reddere studet.

Singula Primum verba ponderabimus: deinde subiungemus, quæ ad vsum nostrum spectare animaduertimus.

*Textus.*

Potuisent Thessalonicenses audientes de aduentu Domini dicere, si repentinus futurus est interitus, præstaret illum nunquam venire: quia tum reuelabitur ira Dei, Rom. 1. v. 18. super omnem iniustitiam hominum.

His responderet Paulus, Deus non constituit nos, vt iram nobis concitemus.

1. Vbi primo notandum quod non dicit, *M*s, sed *N* o s. Nam de Paulo qui est vas electum facile credimus, quod is sit in gratia Dei. Quia audit, sufficit tibi fratia mea, 1. Cor. 12. Hinc dicere potest, scio cui commiserim depositum meum, 2. Tim. 1. v. 2.

At ille simul etiam nos includit dicens, nos non sumus ad iram referuati in die iudicii, sicut alias etiam loquitur, Quis Nos separabit? Rom. 8. v. 35.

2. Quid igitur de nobis futurum est? Vt salutem consequamur, ait, sumus positi. Non enim vult quæquam petire, 2. Petr. 3. v. 9.

3. At sumus miseri peccatores. Vnde igitur nobis salus? Per dominum nostrum Iesum Christum. Hoc enim nomen ipsi inditum ab Angelo, quod saluaturus sit populum Luc. 1. v. 31. Matth. 1. v. 21.

4. Quomodo autem is nobis impetrauit salutem? Mortuus est nobis. In se suscepit iram, vt vere possit dicere, Pl. 88. v. 17. In me transferunt iræ tuæ.

5. Effecit inique apud patrem cœlestem, vt siue vigilemus, (hoc est, in his teris superstites simus) non moriamur, sed viuamus cum Domino, hoc est, speculati, Rom. 8. v. 24. siue dormiamus (id est moriamur corporaliter) spiritu tamen viuamus & Domini simus in cœli s manu animæ nostræ

bolite aff  
negatur in  
Idem Pat  
tamur, Do

I. Omne

multit die

Et manet

1. v. 16

Venitira

tem extat

Atceder

usfai si a

1. Iustific

1. Pax illa

Hoc aut

patris auct

Rom. 1. v. 9

de ira.

CON S

II. Hoc

que v gile

nos: semp

ei: quod

1. 2. a. v.

(Cor. 6.

1. 4. 1. Th

1. 1.

1. 1. 1. Th

nostræ asseruentur, Sap. 3 v. 1. vsque dum corpus animæ iungatur in nouissimo die.

Idem Paulus habet, Rom. 14. v. 8. siue viuam siue moriamur, Domini sumus.

L O C I.

I. Omnes natura eramus filii iræ, Eph. 2. vers. 3. Deinde multi thesaurizent sibi iram in die iræ. Rom. 2. v. 5.

Et manet ira Dei super his qui non credunt filio, Joh. 3. v. 36.

Venit ira Dei super filios incredulitatis, Eph. 5. v. 6. Idem extat Coloss. 3. v. 6.

At credentes in Christum non sunt positi ad iram, sed vt salui fiant. Nam qui crediderit saluabitur, Joh. 3. v. 17. 18. 36. Iustificati enim fide pacem habemus cum Deo, Rom. 5. v. 1. Pax illa Dei superat omnem intellectum. Phil. 4. v. 7.

Hoc autem Christus nobis præstitit, qui omnem iram patris auertit, & acceptos nos fecit. Hinc egregie Paulus Rom. 5. v. 9. Iustificati sanguine eius, *seruabimur per ipsum ab ira.*

CONSOLATIO hæc maxima est.

II. Hoc autem agendum Christianis, vt si dormientes atque vigilantes cum Domino viuere & Domini esse volumus: semper [ dum hic sumus ] reperiamur inter vigilantes: quod toties Christus & Apolloli vrgent: Vigilate. Matt. 24. v. 42. Matt. 25. v. 13. Marc. 13. v. 33. Luc. 21. vers. 36. 1. Cor. 16. v. 13. Vigilate. state in fide. Eph. 6. v. 8. Cor. 4. v. 4. 1. Thess. 5. v. 6. 1. Pet. 4. v. 6. & 5. v. 8. Apoc. 3. v. 2. & 16. v. 15.

Iam enim tēpus surgere de somno, Rom. 12. v. 11. quia nox præterit. Deponenda igitur opera tenebrarum, &c. Vide ibidem plura. Eadem fere. 1. Thess. 5. v. 6.

Non indormiendum peccatis ne inueniamur dormientes, cum virginibus factis, minus parati, Matt. 25. v. 8. ca-  
rentes oleo.

Marc.

Marc. 13. v. 36 Videte ne inueniat vos dormientes. Igitur hortatur, Eph. 5. v. 14. Euigila, quid dormis ex Esa. 60. v. 1. & 1. Cor. 15. v. 34. Euigilate iuste ne peccetis.

III. Possunt reprehendi, qui hunc Pauli locum corumpunt, & ex eo sic volunt inferre: Nos pios scilicet & fideles Deus non constituit ad iram. Ergo ceteros ad iram & exitium destinauit. Contrarium enim ex alijs Pauli locis patet, Rom. 11. v. 32. Omnes sub incredulitatem conclusit, vt omnium miseretur, 3. Pet. 3. v. 9. 1. Tim. 2. Non vult quemquam perire, Act. 17. v. 31. Omnibus proponit fidem, &c.

F I N I S.

## T H E M A LXXIX.

1. Tim. 1. v. 15.

*Certus sermo & omni acceptione dignus, quod Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorum ego maximus sum. At in hoc contigit mihi misericordia vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendam exemplar iis qui credituri essent in ipso ad vitam aeternam.*

## D I S P O S I T I O.

Insignis est hic locus Pauli & præ multis alijs conspicuus, qui inter ceteros tanquam gemma in annulo lucet. Quia solidam in se consolationem continet, contra Satanæ tentationes. Dignus itaque est vt singula huius loci verba accuratissime ponderentur. Si enim verba illa Deu. 6. v. 6. debuerunt esse quotidie in corde ipsorum, & in ore etiam, quæ terrorem incutiebant, quanto magis hæc Pauli verba, quæ consolationem adferunt, debent nobis esse vtilissima.

Primum igitur singula verba enucleabimus: Deinde doctrinam & consolationem subiiciemus.

Textus,

## Textus.

Venit, inquit Apostolus, Jesus Christus. Hic est vere filius Dei, Deus verus & vita æterna, Joh. 1. v. 3 & 1. Joh. 5. v. 20. Huic dicitur: ego hodie genui te Psal. 2. v. 7. Et sede à dextris meis, Psal. 110. v. 1. In hoc mihi complacitum est, Matth. 3. v. 17 & 17. v. 5.

2. Is dicitur venisse in hunc mundum. Quomodo? manifestatus est Deus in carne, 1. Tim. 3. v. 16. Deus benedictus in secula natus ex patribus secundum carnem, Rom. 9. v. 5. Venit ergo quando natus est homo.

3. Quare autem venit in hunc mundum, in carne? Gravis causa fuerit necesse est. Est ne ipsius adventus pacificus: sicut quæerunt 1. Sam. 16. v. 4. Imo maxime. Venit enim ut saluet homines. Sic n. vocatur nomen eius ab Angelo, hanc ipsam ob causam, Luc. 1. v. 31. Matth. 1. v. 21.

4. Quos vult saluare? sanctissimos Patriarchas, Apostolos charissimos? &c. Non hos tantum, sed peccatores etiam.

5. Sed minimos tantum peccatores vult saluare, ceteros non item? imo etiam *maximos*.

6. Cuius rei exemplum Paulus est, qui fatetur se inter *maximos* fuisse.

Tamen contigisse ipsi misericordiam asserit.

7. Sed forsitan non idem fiet de aliis, quod de Paulo? Forsan singulariter destinatus fuit ad salutem? Xristi ihme gerathen/Es dürff noch tausenden nicht gerathen. At iam ostendere voluit Jesus Christus exemplar, quod vult saluare *maximos* peccatores.

8. Bene itaque [ais] habent res nostræ: si peccatores omnes, & in his maximi, sine discrimine, salvi fieri possunt? Nihil igitur refert si maxime peccemus strenue? Audita Exemplar in Paulo expressit (quod saluus vel facere *maximos* etiam peccatores) *ius qui credituri essent, in ipso, vitam æternam*. Ad peccatores credentes adcoque penitentes hæc omnia pertinent. Qui enim non credituram iudicatus est, Joh. 3.

9. Sed certa ne sunt hæc omnia, vt in illis tuto possimus acquiescere? maxime. *Certus est hic sermo. Est ipsa veritas.*

10. Et quia certus atq; plenus consolatione, *dignus est sermo quem modis omnibus amplectamur. Eius thesauri thesauri Wort.*

## L O C I.

I. Amplectamur itaque & nos sermonem hunc, tanquã præciosissimum clinodium. Nam plenum est consolatione pro tentatis conscientis peccatorum causa, quod audimus, velle Christum saluare nos homines, & peccatores etiam, atq; maximos in his non minus, quam ceteros,

Atq; quod hanc ipsam ob causam venerit in hunc mundum. *Venit vt daret animam redemptionem, Matt. 10. v. 28. Venit saluare quod perierat, Matt. 18. v. 11. Exemplum Pauli quoq; consolatione plenissimum est. Cui etiam alia accedunt. Dauid adulter & homicida. Manasse impiissimus. Petrus abnegator. Thomas incredulus.*

Hos saluatos esse nihil dubitamus.

Nemo igitur desperet, licet inter maximos sit.

Huc tendunt omnes illę promissiones vniuersales. Nolo mortem morientis, Ezech. 3. v. 11. *Dilexit mundum.* Joh. 3. v. 16. Propitiatio est pro totius mundi peccatis, 1 Joh. 2. v. 2. 1. Tim. 2. v. 4. *Omnes vult saluos fieri.*

Et neminem excludi vnum illud vocabulum (*peccatores*) exquisitissime demonstrat. *Omnes* namque sunt peccatores, Esa. 53. v. 6 Rom. 3. v. 10. & 23.

Ideoq; dicitur etiam Christus datus pro omnibus Rom. 8. v. 32. 1. Tim. 2. v. 6.

Et illa gratia salutatis apparuit *omnibus* Tit. 2. v. 11.

II. Notandum autem quare non omnes, siue minimi siue maximi peccatores, salui fiant.

In Deo nulla est culpa. Neque in Christi merito, vt ex dictis patet.

At in

X.  
THEMA LXXX EX NOVO TEST. 657

At in his omnis culpa refidet qui non credunt. *Creditur enim in Christum exemplar illud Pauli est propositum.* Hoc itaque peccatum solum ipsis damnabile est, quod *non credunt.* Id Spiritus sanctus arguit. Joh. 16. v. 9.

Dicitur itaque ipsis, *Ex te perditio tua,* Ose. 13. v. 9. *Ego voluitte congregare, tu noluisti,* Mat. 23. v. 38. Sua igitur culpa pereunt, quia credere nolunt. Ideo semper additur conditio illa: *qui credunt,* Joh. 3. v. 16. Act. 10. v. 43. Marc. 16. v. 16. Joh. 6. v. 40. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Heb. 11. v. 6.

III. Refutari potest error Calvinianorum, qui magnam humani generis partem ab aeterno fuisse destinatam exitio opinantur. Vide Colloq. Mompelga. pag. 523. & sequentibus.

FINIS.

THEMA LXXX.

i. Tim. 6. v. 6.

*Magnum questus pietas, cum animo sua sorte contento.*  
*Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec afferre*  
*quicquam possimus.*

DISPOSITIO.

Omnes fere homines in mundo lucrum amant & oderunt damnum. Veritatem (inquit) est für sachen gut. Ideoque etiam omnes hoc agunt, ut questum faciant in re aliqua. Hanc ob causam impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare pauperem fugiens, per saxa, per ignes. Alius duro manuum labore, alius alia ratione, imo nonnulli fartis & illiberalibus artibus maguos & huberes questus sibi constituere tentant.

1. Paulus vero hoc loco paucis docet, quis Christianorum huberrimus & maximus questus esse possit ac debeat.

2. Deinde addit rationem, quare hoc lucro & questu Christiani contenti esse debeant, De his nobis erit dicendum.

T r u m

dum. Quod si vero persuadere vobis poterimus, ut iuxta Pauli mentem maiorem quæstum facere non cupiatis, quam is præscripsit, multum nos lucratos esse putabimus.

## I. Pars.

Vt magnum quæstum faciamus, duo requiri Paulus auctor est.

Primum est *pietas*. Hanc ad omnia esse utilem dixit supra. c. 4. Cum habeat promissiones huius & futurae vitæ.

Itaq; primum habet pius certam Promissionem de hereditate cælesti, quæ superat omnes huius mundi thesuros. Quod ex contrario patet, Matt. i. 6. v. 26.

Qui cælum habet, huic nihil deest. Nam qui habet Deum propitium coheres est Christi, cum quo omnia sunt piis donata, Rom. 8. v. 31. & 17. Dummodo te habeam, nihil curo, Psal. 73. v. 25.

Tales habent lætitiâ Spiritus sancti, Psal. 51. v. 14. & Rom. 14. v. 17. & pacem conscientiæ, quæ superat omnem intellectum, Phil. 4. v. 7.

Sed nec in terris patitur illis Dominus deesse necessaria Psal. 34. v. 10. Non erit inopia timentibus eum. Diuites tæguerunt: at qui inquirunt Dominum, non minuentur omni bono, Psal. 37. v. 25. Iunior fui & senex, nec vidi iustum derelictum.

*Alterum vero quod magni quæstus locus nobis est, animus sua sorte contentus est.* Si enim illi deerit. Natura enim paucis contenta est. Cumque Deus sciat quantum vni quisque cogatur habere. Matt. 6. v. 32. ille prudentissime sic disponit omnia, ut omnes habeant, quantum illis satis est.

Tam enim viuitt ille qui parum habet, quam qui Cæci possidet opes. Non enim viuittur ex multis diuitiis Christo teste, Luc 12. v. 15.

Imo felicitus viuittur ex paucis, Salomone ditissimo teste, Eccl. 4. v. 6. & 5. v. 9. 10. 11. 12.

Contra vero, auaro tam deest quod habet, quam quod

non

non habet. Et, quis diues? Cui satis est. Quis pauper? aua-  
rus. Recte hinc dicunt Germani: *Es hat niemand gung  
als der so sich begnügen läßt.*

Vrs. Videmus quam crasse hallucinantur illi, qui ma-  
ximum se quæstum facere opinantur, si multas opes cor-  
radant. Nec quicquam se lucri ex pietate habere putant.  
Probitas [inquit] laudatur & alger, imo damnosam exi-  
stimant pietatem, sicut illi, Jer. 4. v. 8.

Contra si multum colligunt, tunc se multum lucrari  
putant. Sicut faciebat ille diues. Luc. 12. v. 19. Quærant  
thesauros obnoxios periculis: Interim verum thesaurum  
negligunt, Matt. 6. v. 19.

Quid proderit totum mundum lucrari & iacturam fa-  
cere animæ? Marth. 16.

Quærant igitur primum regnum Dei & iustitiam eius  
& cætera adiicientur, Matth. 6. v. 33.

Quod si peccant qui quæstum faciunt ex rebus per se  
illicitis, & interim tamen negligunt quæ ad salutem ani-  
mæ faciunt, Luc. 8. v. 14. quanto grauius peccant qui ex  
mera auaritia turpes quæstus faciunt, per fas & nefas cor-  
radentes pecunia: sicut illi Amos 8. v. 5. Vide autem pec-  
eam ibi additam.

Quid sentiendum de quæstu meretricio? & de quæstu  
illiberali impostorum, furum, &c.

De his male quæstus non gaudebit tertius hæres.

Peribunt cum omnibus suis. Vide Plal. 49.

## II. Pars,

Quare autem in pietate & *auaritia* maximū lucrum  
ponere debeamus, rationem addit Paulus hanc: Nihil in-  
tulimus in hunc mundum: nihil vti que etiam auferemus.  
Quorsum opus multis diuitiis, cum illæ nihil fecerint ad  
nostram natiuitatem: nihil etiam in morte possint iua-  
re, Proverb. 11. v. 4. Hoc agnoscit Hiob, Nudus egressus  
sum, nudus reuertar, Quid igitur multum me afficiant di-  
uitiæ? Hiob. 1. v. 21.

Idem fere extat, Eccl. 5. v. 14. & sequentibus. Et Psalm. 49. vers. 18.

Nota est ea, quam sæpius supra citauimus, historia, Saladini Asiæ Domitoris, cuius in funere hoc erat præconium:

*Vixi diuitiis, regno, tumidusq. trophæis:*

*Sed pannum nigrum nil nisi morte tuli.*

Nostri maiores his Germanicis rhythmis ( quos ple- rumque vasis & poculis inscribi, vel ad mentas depingi curarunt ) huius rei sæpius voluerunt commonefieri, dicentes:

*Trinck vnd iss!*

*Gotts nicht vergiß!*

*Bewahr dein Ehr!*

*Dir wird nicht mehr!*

*Von aller deiner Hab!*

*Dann ein Tuch ins graß!*

Miseriam itaque & pauperiam omnium sunt, imo & stultissimi, Christo teste, qui sic cumulsant opes tanquam nunquam morituri, cum nesciant cui custodia sint quæ parauerunt, Luc. 12 v. 20. Nescit enim homo an sapiens an stultus futurus sit hæres, Eccl. 2. v. 19. Vanitas itaque magna. ibid. v. 23.

F I N I S.

## NOTANDVM.

Lectori S.

Noluit, Lector amice, latere, sequentes aliquot Dispositiones viginti vltimorum Thematum, vsque ad finem huius Promptuarii, non esse meas, sed fratris mei germani, quem vnum habeo & charissimum M. Ioannem Mauricium Bidembach, oppiduli Ovvensis pastorem fidelissimum.

Postquam enim ex Cœnobio Adelbergensi, ad Abbatiam amplissimi Cœnobii Maulbrunensis præter meam expectationem ante aliquot menses vocatus & translatus fui, exceperunt me ibi plurima & grauissima negotia, que

que partim Ecclesia, partim etiam Republica causa mihi consocienda fuerunt. Cum itaque illa me à liberis & museo meo sepius, & multo tempore abstrahere velle viderentur: Interim vero Typographus, propter instantes mundinas, mihi etiam cupidissime instaret, ut opus ceptum ad umbilicum perducerem: Id vero propter meam absentiam & occupationes prope infinitas factum impossibile esset: hoc quod restabat opelle, fratri meo exp. diendum demandavi: Ne lectori quidquam ex Numero The matum vel dispositionum deesset.

Finem itaque huic operi frater imposuit, conscriptis vltimis Dispositionibus v. g. i. n. t. quas lectori non minus quam meas gratas fore spero. Te vero id, lector optime, monere hanc ob causam volui, ne pro meo venditarem quidquam, quod alterius opera confectum esset.

Vale amice Lector, & omnibus hisce (que tua utilitatis causa con. scripta sunt) dispositionibus (si poteris) vtere, fruere, & nostrum studium laudandi Ecclesiam pie amulanti non desine.

## THEMA LXXXI.

I. Tim. 1. v. 12.

Novi certusque sum, quod is cui credidi, potens sit depositum meum custodi e in illum diem.

## DISPOSITIO.

Apostolus ac Evangelista Joannes in Canonica sua Epistola cap. 5. ait: Fides est nostra victoria, qua vici mundum. Quibus verbis fidei attribuit, qua non armis externis pollunt effici. Quis namque possit armis expugnate rationem suam, seu intellectum, licet esset cataphractus,

Tt 3. v. in

vt in spem contra spem crederet, quæ nullus oculus vidit nec auris audiuit, quæ Deus electis præparauerit. Hæc vero fides inclusa cordibus nostris, à spiritu sancto roborata ab intus potest, vt contra portas inferorum sit intrepida.

Exemplum, vt non longe petamus, potest nobis ipse Paulus suppeditare in præsentis textu, quem distinguemus in duo membra.

1. Quam certus sit Paulus & quam constans in fide ac religione sua.
2. Quid inde senserit commodi.

I. Pars.

Paulus instar militis Christiani nouit, quod non nisi vincens strenue coronetur, & non nisi finis victoriam polliceatur. Itaque non nescius infinita sibi perferenda propter annuntiationem Euangelii: At tamen non vult hæc abiciere, multo minus excedere pugna vel stationem derelinquere, sed ad extremum vsque halitum fortiter pugna-  
re contra Diabolum, & ipsius complices, Mundum & mundanos, filios huius seculi.

Quis vero quæso illum animat, vel vnde robor istud? A fide proficitur eiusq; *καὶ ἀνεφοβία* SCIO, inquit, CVICREDIDERIM, & commiserim depositum meum.

Non instar arundinis me huc vel illuc passus sum moti, vt hodie illud, cras aliud docuerim, vel vt fluctus instar mihi hunc proposuerim mox ad alium prolapsus fuerim, quem mihi Deum esse finxissem, sed NOVICERTVSQVE SVM, CVICREDIDERIM. Cui semel fide meam astrinxi, & à quo accepi *θεολογίαν* meam, huic seruiui, quæcunque etiam mihi perferenda fuerint, à Gentibus & Iudæis à vulgo & falsis fratribus.

LOCI COMMUNES.

Discimus in religione constantiam ante omnia requiri, vt in vna vera sententia, quam haufimus ex infallibili verbo Dei, quod veritas est, perseueremus: neq; nos vel adu-  
latio.

deonibus. p  
ceti patia  
Qui enim  
non est ap  
epi. Apoc  
nat. temp  
Flectuant  
mantrvniq  
e Reg 16 v 46  
Tales hod  
pelticos. Ta  
& depositum  
Constanti  
na potest, a  
aliant.  
2. Sacra ip  
pelt. quia  
1. Falsi  
commodum  
dei & frag  
3. Crua  
go mitto v  
Johan. 16  
zitare.  
Matth. 24  
mea meum  
1. Tim. 3.  
stantur.  
Contra ha  
conctis Co  
Constantinu  
si. ante mp  
imo probro  
Quid inde  
satis. Maxi

lationibus, promissionibus, vel minis atque cruce dimo-  
neri patiamur.

Qui enim manum ad aratrum adaptavit, & retrospi-  
cit, non est aptus ad regnum Dei, Luc. 9. v. ult. Exspuuntur  
tepidi, Apoc. 3. Quales erant Hymenæus, Phygellus, De-  
mas, tempore Pauli.

Fluctuantes displicent Deo, Ephel. 4. qui corhunos  
amant utriusque pedi adaptatos. Talis erat Vria sacerdos,  
2. Reg. 16. v. 16. Talis Ecebolus erat.

Tales hodie inuenias magno numero in aulis, inter  
politicos. Tales non possunt dicere? Scio cui crediderim  
& depositum meum commiserim.

Constantia igitur opus est, sine qua religio consistere  
non potest, nec salus retineri. Quia quamplurima illam  
infestant.

1. Satan ipse rector tenebrarum, Euangelium ferre non  
potest, quia lux est.

2. Falsi fratres mutant in gratiam principum, & ob-  
commodum proprium, Ezech. 13. propter pugillum hor-  
dei & fragmentum panis

3. Crux immissa vel persecutiones, Matt. 10. v. 16. Ecce  
ego mitto vos sicut oues in medio luporum.

Johan. 16 v. 2. Qui vos occidit, purabit se cultum Deo  
præstare.

Marth. 24 v. 9. Odio eritis omnibus gentibus, propter  
nomen meum.

2. Tim. 3. v. 12. Qui volunt pie vivere persecutionem  
patientur.

Contra hæc omnia inuicto animo & robore pugnan-  
dum erit Concionatoribus, Jerem. 1. Esa. 56. Magistrati.  
Constantinus, Theodosius. Inconstantia enim maxi-  
mū contemptum pignit. Leuitas autem & dubitatio ma-  
ximo probro sunt.

II. Pars.

Quid inde accidit Paulo, si maxime nouerit, cui credi-  
derit. Maximum inde commodum ex hac sua constan-  
tia

tia & *καὶ ἀποφασίῃ* illi accessit, videlicet, quod non crediderit in impotentem, qui sibi non posset reddere, vel repensare id, quod deposuerat.

Id ergo beneficii habet Paulus, quod non frustra credidit, sed certus fuit, quod *Is*, in *QVAM* haecenus crediderit, potens sit *DEPOSITVM SVVM CVSTODIRE IN ILLVM vsqVE DIEM* restitutionis nempe omnium, id est, quod possit saluum & illæsum custodire vsque ad terminum præscriptum mortis: & tandem coronam immarcescibilem gloriæ vitam æternam imponere, seu hæreditatem cœlestem sibi destinatam largiri.

Illust a sollicitudine depositi terreni. Qui potest custodire, poterit eam reddere absque damno.

### LOCVS.

Fructus inde suauissimus sequitur si constanter perseveramus in fide & religione, animarum vera salus, 1. Pet. 2. vers. 9.

1. In hac quidem vita conscientia tranquillitas, Rom. 15. pax gaudium, Matth. 11. Inuenietis requiem animarum Exemplum Davidis, 1. Sam. 16. v. 45. Ego in nomine Domini ad te venio, &c. Item Psalm. 16. credidi, propter quod locutus sum Prophetæ Micheæ, qui in tepide stat coram Achab, conscientia testimonio roboratus, se bonam causam fouere. Job. 19. Scio quod redemptor meus viuit.

2. Status in altera vita lætior Qui perseverauerit ad finem vsque saluus erit. Matth. 24. Matth. 10. Qui me confitebitur coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo cœlesti, Apoc. 2. Esto fidelis te constans in finem vsque, & dabo tibi coronam vitæ

Contra qui dubitant & sunt omnium religionum homines: ii sane in fine ob conscientia propria accusationem & desperationem adiudicabuntur Ecebolo tanquam salii infatigato, imo Diabolo, quia aures illi accommodauerunt.

Jac. 1.

Iac. 1. v. 7. 8. Qui dubitat, non cogitet quod à Deo Domino sit accepturus quid & c.

F I N I S.

THEMA LXXXII.

2. Timoth. 2. v. 19.

*Solidum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc. Nouit Dominus, qui sint sui.*

D I S P O S I T I O.

Christus Luc. 18. dicit: An puras quod filius hominis, cum venerit (tempore nouissimi diei) reperiturus sit fidem in T E R R A. Hoc autem vult cum non possit fieri, quin veniant scandala: & insuper multi falsi Prophetae victimis temporibus surrecturi sint, qui multos in errorem inducuntur sunt, anne etiam restabit pars, quæ fidem sit retentura puram ac illibatam? inuenit tamen quod superfuturi sint, sed paucissimi.

De iisdem nouissimis temporib. vaticinatus etiam erat Paulus quod ventura sint tempora difficilima, & quidem circa veritatem aberrantes multorum fidem subuerturi sint: attamen Deum non concessurum, vt electi in errorem finaliter abduci possint, solatur.

Instruit igitur Paulus Timotheum & Ecclesiam, quid solati tum temporis habere debeant.

Textus Explicatio.

Mi Timothee, si videbis multorum Pseudoapostolorum sermonem serpere & depascere instar gangrenæ, ita vt multi defecturi sint à fide, tu non dimoueberis à veritate & tui auditores, ac si maxima pars vobis esset sequenda, & cum illis descendum. Nam veritatis fundamentum longe solidius est, quam vt possit deiici aut conuelli ab istis seductoribus.

Ratio: Fideles à Christo habent sigillum, quo discerni possint à defectoribus fidei.

T t 5

Simili

Simili videtur à sigillo externo, quo possumus notare ea, quæ nostra sunt, quo dignosci facillime possint ab alijs extraneis.

Ex hoc sigillo impresso suis, Dominus NOVIT QUI SINT SVI. Hocse qui characterem indelebilem habent & sigillo à DOMINO sunt notati, nemo poterit eripere Domino è manibus, Das Sigel ist gar zu tief in das Herz der Gläubigen gegraben/ hat so tiefen Grundt/das ihu niemand wird anßgraben können.

## LOCVS.

Discimus nunquam cessaturam Ecclesiam, quin Deus habiturus sit suos. Ecclesia namque habet tam solidum fundamentum, ut potè inferorum non sint prævalitura, Matt. 16. Non autem grex iste pusillus semper sic visibilis erit & manifestus, ut nos in individuo possumus dicere: Hic vel iste membrum veræ Ecclesiæ est, cum bonis mali sunt admixti, sicut zizania tritico, Matt. 13. v. 30. Domino autem Deo nostro maxime noti sunt, qui sunt SVI, licet nos lateat.

Reliqui mihi inquit oraculum (1. Reg. 19) 7000. qui non curarunt genua coram Baal. Nouit hic Dominus, qui sunt SVI, licet Elias non videat, nec nouerit, quinam ILLI. Sub Assa Rege, Azarias filius Obed sic vaticinatur (2. Paral. 15. v. 3.) Transibunt multi dies in Israel, absque Deo vero, absque sacerdote, absque doctore, & quoque absque lege. Nemo tamen dicere potest: est Israeliticam Ecclesiam tuæ temporis expirasse seu cessasse, quia visibilis & manifesta non fuit Azariæ. Nam solidum Dei fundamentum stat, habens signaculum hoc: NO VIT DOMINVS, QUI SINT SVI.

Princeps pastorum nouit oues suas & diligit, Joan. 10. Sponsus sponsam suam nouit, quam sibi in fide, iudicio & iustitia desponsauit, Hof. 2. v. 19. & 20. Quæ quia digitis monstrari nequeant, sunt occultus homo cordis. Itaq; in Epithalamio Christi & Ecclesiæ Dauid canit, omnè gloriam

riam filiæ regis ab initio esse. Ps. 45. v. 14. Si oculis corporeis tantum & semper esset aspeçtabilis Ecclesia vera, tum etiam extrinsecus esset ornatus Ecclesiæ. Longe ergo fallunt & falluntur Papistæ, qui asserunt Ecclesiam eiusque vera membra visibilia semper & manifesta esse. Illi corrigunt Paulum, qui dicit: Dominus nouit qui sint sui, quia & ipsi uolunt hoc scire: sed falso, quia allegant Ecclesiam septicolli Babylonii. Corrigunt articulum symboli Apostolici; Credo Ecclesiam sanctam catholicam, ut ex ipsorum sententia non dicendum esset, credo, sed uideo, cum tamen fides earum rerum sit, quæ non uidentur, Heb. 11.

Attendat quid Paulus de Ecclesia uera eiusque membris dicat. Rom. 2. v. 28. 29 Non is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est nec quæ in manifesto sit circumcisio carnis, circumcisio est: sed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: & circumcisio cordis, circumcisio est; quæ spiritu constat, non litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo. Sic non is Christianus est, qui nudo titulo insignitur, sed qui sigillum Dei habet spirituale & qui fundamento innititur seu petræ.

Responderi etiam posset ex hoc loco Pauli, ad quæstionem num certus electorum numerus sit? Resp. certum quidem esse numerum electorum, sed minime fatalem. Fatalis non est, quia non ad certas quasdam absolute consideratas personas restringitur, sed ad eos, qui habent sigillum Dei. Certus autem est, & Deo infallibiliter notus electorum numerus, quia Deo omnia sunt præsentia, ideoque optime nouit, qui & quot in Christum credant, & perseueraturi sint ad finem usque. Et si plures crederent, hoc ipsum quoque nosset, sciret & uideret. Nec tamen hæc est nuda scientia, sed coniuncta cum decreto & sigillo, quo statuit, quod ipsemet fidem in illis, qui audiunt & discunt, operari uelit. Hos enim (Joh. 6. v. 27.) Pater consignauit Deus, id est, tales habent testimonium, literas & sigillum à patre. Cuius uoluntas est, ut omnis qui uiderit filium & credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam, ibi.

ibidem v. 40. Hanc nobis largiatur Deus vnus & trinus  
benedictus in secula, Amen.

F I N I S.

T H E M A LXXXII.

2. Tim. 4. v. 18.

*Liberavit me Dominus ab omni opere malo ( German.  
Übel) & saluum faciet in regnum suum. Cui gloria in se-  
cula seculorum, Amen.*

D I S P O S I T I O N E M huius Thematis vide supra etiam in  
I. parte Promptuarii Classe V. pag. 408.

D I S P O S I T I O alia.

Regius Propheta David, in persona Dei, cuius spiritu  
plenus erat, inquit: Inuoca me in die tribulationis & ego  
etipiam te, & honorificabis me Psalm. 10. v. 15. Quibus  
verbis tria inclusa esse videntur summa breuitate. Quod  
Deus sit inuocandus in omnibus necessitatibus: Demde  
etiam quod exaudire velit nos: ac tandem quod à nobis  
requirat, vbi liberati fuerimus, gratiarum actionem.

Cum autem & Paulus eum, cum hæc scriberet, in ma-  
ximis periculis constitutus fuerit, orauit ad Deum & ex-  
auditus fuit. Non igitur obliuisci voluit gratiarum a-  
ctionis.

Optimo igitur iure hæc verba videntur secunda in 3.  
membra. Quorum 1. sit Inuocatio. 2. Liberatio. 3. Gratia-  
rum actio.

I. Pars.

Paulum fuisse constitutum in maximis aduersitatibus  
rum, cum hæc scriberet, inde patet, quod scit se breui à  
Tyranno Nerone occisum iri, interim vero Alexander  
aratus multa mala ipsi ostendebat, blasphemabat syn-  
ceram doctrinam resistendo verbis Pauli, ita vt Paulus de  
eius trespiscencia plene desperarit.

Zelus

Zelus igitur  
fiduciam  
sepe corpo-  
no & extor-  
opere fiduc-  
berationum  
hæc se liber-  
ploratio non  
formam ora-  
ham sepe o-  
sti incolame  
secutionibus  
tulo mortu-  
tatione de r-  
pne succu-  
non miti p-  
da mea fun-  
sanguinis  
horam.

Dicamus  
mis pericul-  
emus Deu-  
Nec diffi-  
lis, nos etia  
pericula pa-  
tati, non co-  
mis ipem fi-  
Et. v. 2. Cle-  
em. Tu pri-  
omnia pecc-  
Remouit  
tibi ab ita  
Pl. 7. v. 2.  
to antiquis

Zelus igitur à Spiritu sancto accensus in corde Pauli dat ei fiduciam orandi ad Deum, ut quemadmodum hæcenus sæpe corporaliter crept<sup>o</sup> sit ex præsentissimis periculis; imo & ex ore Leonis Neronis prima vice, ita & se nunc concipere fiduciam ex præteritis liberationis futuraturum liberationum, si non rursus corporaliter, attamen spiritualiter se liberandum ab æternis malis. Ac quod si hæc imploratio nominis diuini, ex contextu patet, quod in hanc formam orauerit: Domine Deus salutis meæ tuum auxilium sæpe numero te ipsa expertus sum; dum me seruasti incolumem in periculis terra marique; defendisti in persecutionibus, ac assististi mihi derelicto ab omnibus in periculo mortis. Imo & in grauioribus afflictionibus, in tentatione de mea electione, gratia tua mihi infirmissimo & pene succumbenti non defuit, 2. Cor. 12. v. 9. Cur igitur non mihi pollicerer tuum auxilium in posterum in obsequia mea functione, imo & in immolatione & profusione sanguinis mei, quam mihi ex speciali reuelatione fecisti notam.

## LOCVS.

Discamus etiam à Paulo hoc artificium ut in grauissimis periculis tam corporalibus quam spiritualibus impetremus Deum opitulatorem in oportunitate.

Nec diffidam<sup>o</sup>, quin quod nos eripuerit è præteritis malis, nos etiam liberaturus sit ex præsentibus & futuris. Experiencia pariat spem, Rō. 5. v. 4. Ps. 31. In te Domine speraui, non confundar in æternum. Plerumque David in Psalmis spem sibi facit de liberatione futura ex præteritis, Ps. 82. v. 2. Clementer ante hæc respexisti Domine terram tuam. Tu prius remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.

Remouisti superioribus temporibus iram tuam, auertisti ab ira indignationem tuam.

Ps. 74. v. 2. Memento Domine congregationis tuæ: quæ ab antiquis temporibus acquisisti, & redemisti, &c.

Psal.

Pl. l. 71. Spes mea ab utero. Extraxisti me ex ventre matris, &c.

Male igitur agunt qui in calamitate & cruce, saltem adiutorium humanum requirunt, vt Assa. 2. Par. 16. v. 3. & 7. Vel amicos confederatos. Vel aurum & argentum quod liberet. Contra. Pro. 11. v. 4. Maledictus namque qui confidit in homine [Jer. 17. v. 5.] & ponit, brachium suum, carnem. Benedictus contra ibid. v. 7. vir, qui confidit in Domino, & cuius est Dominus fiducia eius. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum [Pl. 146. v. 3.] in quibus non est salus.

Male cessit Hebræis regibus attrahentibus in scædus alios: vt exemplo supra citato & Jolaphati 2. Paralip. 19. v. 2. patet.

Jobus expertus est, amicos non posse nos consolari in necessitatibus, sed magis perurbare, Hiob. 16. v. 2. consolatores onerosi estis.

Nec etiam auro dixit: Tu es meus Deus vel adiutorium: Job. 31. v. 24.

## II. Pars.

Cum ergo Paulus Dominum inuocarit, re ipsa experitur preces suas non fuisse irritas apud Deum, imo factum fuerit. Dicit enim expresse [vt in latina versione habetur] Liberauit me ab omni opere malo, id est non concessit vt Nero Tyrannus me pro libitu occideret, sicut attentauerat & tanquam Leo deglutire voluerat. Liberauit etiam me ab illo malo, ne alerem diffidentiam ad quam me caro sollicitauerat: liberauit etiam me ab hoc malo, ne deficerem à veritate agnita, illamque in gratiam mundi, ludæorum, fauoris occupandi causa apud promiscuum vulgus, abnegarem, sicque valedicerem Euangelio curcis, ob quod tam multa passus sum.

Nequaquam igitur dubito, quin & vsque ad extremum spiritum mihi adfuturus sit, paracletumq; mihi missurus sit,

u, qui mihi  
quo non me  
na sum, s  
Nouit namq  
a, eum  
quod & De  
pam suum  
laborum co

Discimus  
frop ad bo  
um animæ  
Exaudit  
temporalite  
nibus ma  
sime, pelt  
tum, atq  
nis.

Conter  
conscientia  
impuniten

1. Joan.  
m, qui qu  
videt nos.

Plal. 145  
mum pro  
Mart. 20. v.

17. & quia  
Debemus

dicere, ex  
adnam: sed  
quod die rog

Cum igitur  
fuit salutem

fit, qui mihi eum spiritus veritatis omnia suggesturus sit, quo non metuum violentiam mortis, quam nunc subiturus sum, subsignaturus meo sanguine verbum veritatis. Noui namque & certus sum, quia bonum certamen certavi, cursum vocationis consummaui, & fidem seruaui, quod & Deus me conseruaturus sit & introducturus in regnum suum caeleste, vbi merces meorum exantlatorum laborum copiosa reposita est.

## L O C V S.

Discimus quod certo exaudiamur & liberemur à Deo, si non ad nostrum placitum, at tamen ad nostram utilitatem animæ ratione.

Exaudit nos Deus vt liberemus, non quidem semper corporaliter, at tamen spiritualiter, si non liberamur ab omnibus malis corporaliter, paupertate, ægitudine, bello, fame, peste, exilio, orbitate coniugum, liberorum, parentum, at tamen à maioribus malis, à spiritualibus & æternis.

Conseruamur namque ne ruamus in peccata contra conscientiam, in desperationem & finalem impoenitentiam.

1. Joan. 5. v. 14. Hæc est fiducia quam habemus ad Deum, qui quodcumque petierimus iuxta voluntatem eius, audit nos.

Psal. 145. v. 19. Voluntatem timentium se facies. Illorū autem preces, si nesciant quid ipsi orent (sicut fratres duo, Matt. 20. v. 21.) aliter informat Spiritus sanctus, Rom. 8. v. 27. & quia corda scrutatur, secundum Deū, intei cedit.

Debemus itaque de exauditione precum non tantum esse certi, ex illo loco Esa. 65. v. 24. Antequā clament, ego audiam: sed etiam de liberatione nihil dubitare, pro qua quotidie rogamus: libera nos à malo.

## III. Pars.

Cum igitur Paulus nequaquam dubitatit, quin Christianus salutem æternā, vt pote sine fidei, sibi sit impetiturus

& in coeleste regnum post hanc lachrymarum vallem sic introducturus: non obliuiscitur gratiarum actionis. Subiicit enim: *Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.*

Hunc Deum, quem colui, quem prædicaui, & annunciaui in omni loco, hunc & porro celebraturus sum in altera vita, quod solus sit, qui honorandus & deprecandus sit. Omnia namque in gloriam & sanctificationem diuini nominis vergere debent. Ago itaque illi gratias, quod me vocauit ad Apostolatam, & vas electum fecit, atque dignum me iudicauit, ut patiar & moriar pro gloria nominis sui.

## LOCVS.

Discimus gratiarum actionem necessarium esse cultum in verbo Dei, à Christianis requisitum, & præceptum. Psal. 50. v. 51. Honorificabis me Mal. 1. Siego Dominus vester, vbi honor. Ose. 14. Sunt viruli labiorum. Pl. 69. Laudabo nomen Domini & magnificabo eam laude, & placebit Domino. Paulus exemplo suo nobis præter passim in epistolis omnibus, in exordiis & repetit in fine. Heb. 13. Offeramus hostiam laudis. Multa autem in se continet laus & gratiarum actio. Hæc Euangelium stabilit: cognitione infirmitatis nostræ & e contra amplitudinem beneficii diuini & liberationis diuinæ extollit, & Deum ad maiora afficit. Exigit etiam lex naturæ, ut mente agnoscamus beneficium, corde sentiamus & intelligamus, ore profiteamur.

Quare studeamus huic virtuti, & laus Dei semper sit in ore nostro. Psal. 24. v. 4.

Hinc perspicitur quo loco sit habendus ingratus apud Deum, qui obliuiscitur beneficiorum eius. Incipit [Deut. 32.] populum stultum & insipientem, *Sie seyen Schandflecken / vnd nicht Xinder / Ibid. v. 6.*

In nouo Testamento, Luc. 17. v. 18. commoto quasi animo Christus inquit: annon est inuentus, qui rediret, & DARET GLORIAM DEO.

F I N I S.

THE.

THEMA LXXXIV.

1. Pet. I. v. 24.

*Omnis caro vt fœnum, & omnis gloria hominis vt flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit: verbum autem Domini manet in æternum.*

DISPOSITIO.

Pictores mortis effigiem delineare volentes, hominis *enlignés* effingunt cum falce fœnifeca.

Qua pictura denotare volunt, quod tam cito possimus flaccescere & cadere ia terram, quam cito gramina possunt demeri falce.

Idipsum congruere videtur cum prælecto textu, vbi homines fœno comparantur, & omnes illorum gloria floribus campi.

Huius rei experimentum nobis dat præfens funus, cui vt rite soluimus iusta, præsentem sententiolam huic satis accommodam enarrabimus. Ac quia Petrus instituit in hisce verbis collationem caducorum huius vitæ bonorum cum æternis quæ in verbo Euangelii offeruntur, agite vtrumque membrum institutæ collationis ad stercoram verbi diuini appendamus, & quid momenti singula habeant, seorsim expendamus.

Et primo similitudinem de fœno & flore.

Deinde etiam quid de verbo Domini.

Aliam huius Loci Dispositionem vide in prima parte Promptuarii exequalis in appendicæ V I. Classis, Num. XXVIII. pag. 518.

I. Pars.

OMNIS CARO FŒNUM, &c. Verba hæc transsumpsit Petrus ex Elaiæ cap. 40. v. 6. & 7. Nam idem spiritus qui fuit in Prophetis, locutus est per Apostolos, & sic etiam per nostrum Petrum hæc eadem.

Vu

Quid

Quid vero per *CARNEM* intelligit Petrus? Non utique talem qualis in macello venditur, sed iuxta tenorem scripturæ nomine carnis intelligitur hominis substantia, ut videte est, Gen. 7. v. 3. quia caro sunt. Syr. 14. v. 1. 7. Omnis caro sicut vestimentum veterascit. Joel. 2. q̄ & repetitur Act. 2. Effundam spiritum meum super omnem *CARNEM*, i. e. omnis sexus ac ætatis homines, Rom. 4. v. 20. Ex operibus Legis non iustificabitur vlla caro. Ac quid opus est allegatione ipsorum dictorum, cum Spiritus sanctus optimus sit suorum verborum interpres, dum ait, Esa. 40. v. 6. *POPULVS*, id est homines sunt fœnum: i. e. cum fœno habent similitudinem. Nam ut fœnum ardore solis torretur & exarescit, ita homo per mortem arescit, atque caro eius & ossa exarescent. Imo etiam quemadmodum flos campi flaccescit & decidit decussus per fœnificam: ita etiam omnis dignitas hominis, iuuentus, forma, &c. successu temporis perit.

## LOCVS.

*Fœnum* & flos agri sint nostri concionatores. Docent namque nos quã minime durabilis res sit homo, sed caduca, instabilis, breuissimi temporis. Idque verificatur, siue initium, siue progressum, siue etiam finem vitæ nostræ spectemus.

1. Origo fœni, quod gramen est, producit ex terra, Gê. 1. Ita etiam, si originem Adami spectemus seu primi hominis, ortum suum habet ex limo terræ.

2. Flos seu gramen ex quo fœnum, inconstans ac caduca res est, quæ non potest sustinere impetum ventorum, sed huc & illuc agitur & fluctuat.

Ita homo in rota vitæ non potest per se subsistere: nam in Deo (Act. 17. v. 28.) viuimus, mouemur & sumus. Ne ad momentum quidem subsisteremus absque spiritu Dei omnia sustentante & conseruante.

Id etiam vsuenerit in morbis videmus. Si nos paulo asperior ventus afflat, caduci sumus, febri & aliis morbis si accidi simus.

3. Imo

3. Imo si gramen cessante flatu ventorum sese erigat rursus, attramen succedentibus aliis ventis, persilantibus flores & gramina rursus vergunt ad terram, & sese inclinant: ita licet homo restituatur pristinae valetudini, attramen mox alium morbum successurum ipsi timendum est.

Quemadmodū etiam si siccitas nimis aduersa sit graminī teā florī, crescere in altum non potest, imo fere exarefcit & perit: E contra vero si nimis pluuiosum sit tempus frigidumq; tum flores pallent & flaccescunt: ita homo siue fortuna aduersa inuestetur, seu nimis secunda vtatur: neutrum comoda mente sufferre potest. Nam, luxuriāt animi rebus plerumque secundis: nec facile est æqua comoda mente pati.

Quod Jer. cap. 17. vere expressit, vt habet Germ. Luth. verl. Es ist das Herz ein trozig vnd verzagt ding. Trozig/nemlich wann es wolgethet. Verzagt / wann Creuz vnd Trübsal kompt.

5. Tandem etiam caduca & succidua res est gramen seu flos: nam adueniente scœnifeca cum falce, concidit & breui exaret vt nomen etiam amittat, & non amplius flos vel gramen sed scœnum appellatur: ita adueniente morte cū falce mox vita nostra concidit. Homo namq; sicut scœnū: & dies eius, Pl. 103. v. 15 amittit nomen & cadauer dicitur.

6. Imo etiam quidem scœnum si nimis arefactum est, in puluisculos potest comminui & atteri manibus: ita etiam caro & ossa nostra arefacta in puluerem rediguntur, Eccl. 12. ex quo sumptus est homo.

Vltus horū omniū, vt quia sciamus quam breuis, caduca & nihili res sit nostra vita, vt florī succiduo omnis nostra dignitas & gloria nostra comparetur, in nos ipsos descendam⁹ nec nos extollamus vel superbiamus, quid enim est homo qui teipsum tanti facis & cristas erigis? No s e s t r e p s y m, C A R O E S, F O E N Y M E S, G R A M E N E S, quod desiccatur ad calorem solis: herba es vel flos.

D I S C N igitur M O R T I, vel quod mortalis sis, memento, Psalm. 39. & 90. Et quidem quod omnis C A R O,

V u 2 nalj

nullo excepto siue iuuenis, siue viri, siue senis floribus sit similis: Siue pauper sis, siue diues, siue fœmina, siue vir, siue doctus, siue indoctus, siue infirmus, siue robustus sis, &c.

Quemadmodum vnus introitus est omnibus ad vitam (Sap. 7. v. 6.) ita & similis exitus, q. d. Omnibus est moriendum, siue principes sint, siue bubulci. Perpetuum hoc est fœdus, quod morietis, quia omnis caro est fœnum, Syrac. 14. v. 18.

Quoties ergo egrederis in campam, hortum, pratium vel agrum, & aspicias graminia seu flores, recole, en hic speculum nostræ mortalitatis nobis ob oculos ponitur.

Ac quemadmodum nos non extollete vel magnifacere (quia instar graminis, floris vel fœni sumus) ita nec alios homines cuiuscunque gradus sint, & licet florere nobis videantur dignitate, opibus, nobilitate, forma, ingenio vltra quam par est admirari debemus: Cogita, quod FLORES sint, præterea nihil, & exclama cum Dauide, Ps. 39. v. 7. Vniuersa vanitas profectio OMNIS VIVENS. In Germ. *Nich/wie so gar nichts seynd doch alle Menschen.* Ideoque IN DEVM confidamus potius, qui vt vitæ, ita & mortis nostræ habet imperium, Sap. 16. de cæteris vide in 1. parte Prom ptuarii, pag. 510.

F I N I S.

T H E M A LXXXV.

1. Pet. 4. v. 17. 18. 19.

Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio? Et si iustus vix saluatur: impius & peccator vbi erunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei creatori commendent animas suas in beneficentia.

D I S P O S I T I O.

Nihil est quod citius abstrahit homines à Christianismo &

& professi  
Id Petrus  
Ideo: ip  
mat fratres  
veritate: sed  
non detrecta  
te doctrine  
Vt ergo &  
dignos nost  
quam in p  
strahere,  
perpendam

Tempus  
Dei hic mo  
quod suos  
veritate in  
exerceatur  
illi vniue  
tare velint  
Tanto a  
persecution  
timur vt hon  
qui glorific  
Hoc Apol  
vincio Pet  
de de quo p  
in initium co  
Item. 15. v. 2  
nue: mco  
ctis? non  
49. v. 12. E  
calicem, bil  
ni? Non ctis

& professione fidei, quam crux, persecutio & tyrannorum truculentia.

Id Petrus experientia edoctus optime nouit.

Ideoq; ipse confirmatus (ex præcepto Christi) confirmat fratres ne ob crucis rigorem resiliant à semel agnita veritate: sed potius, si ita opus sit, & necessitas postulet, non detrectent sanguinem suum profundere pro veritate doctrinæ Euangelicæ.

Vt ergo & nos sciamus quomodo nos gerere debeamus dignos nostræ professione: & quam possimus tam extra quam in persecutione consolationem sub finem vitæ nostræ habere, nostrasque animas in tutum collocare, agite perpendamus prælecta verba Petri.

### I. Pars.

Tempus est, inquit, vt iudicium incipiat à domo Dei. Dei hic mos est (vult Petrus auditoribus suis indicare) quod suos fideles castiget & affligat, antequam aduertat in impios. Tempus est in hac vita nempe, vt iudiciū exerceatur Dei, quo magis pateat, qui Deum vere colant illi vnicè fidant ac Euangelii causâ persecutiones tolerare velint.

Tanto æquiori autem animo vera Ecclesia ferre debet persecutiones, quia pro Christo perferuntur, ac non patitur vt homicidæ, fures, aut facinorosi, sed vt Christiani, qui glorificant Deum in hac parte.

Hoc Apostolo autem non temere in buccam venit sed vaticinio Prophetæ Ieremiæ confirmat, nunc illud tempus esse de quo prædixerint Prophetæ, & euentum suū fortiri, vt initium correctionis ab Ecclesia fiat. Sic autem legimus Ierem. 25. v. 20. Ecce in ciuitate quæ denominata est à nomine meo ego incipio, & vt innocentes ac immunes eritis? non eritis immunes. Ac rursus idem Prophetæ cap. 49. v. 12. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens sed bibendo bibes: q. d. Ego castigo

Vu 3 meos.

meos electos liberos quos diligo ardentem, hinc colligere potestis quæ pœna mansura sit impios ac sceleratissimos. Vnde mox in prælecto textu sequitur, si iustus vix saluatur: impius & peccator vbi comparebit?

Hæc verba ex cap. vndecimo Prouerb. v. vlt petita sunt: si iustus in terra recipit plagas & affligitur, quanto magis impius & peccator. Hoc est: si magna cum difficultate ac inter multas ærumnas ac tentationes, ii qui in Christum credunt, & fide coram Deo iustificati sunt, saluantur: quomodo coram tribunali consistent, qui Euangelii doctrinam contemnunt, & sine pœnitentia (contaminari multis peccatis) hinc emigrant.

Discimus, neminem in discipulum Christi seu Christianum recipi alia conditione nisi hac, vt crucem suam tollat & sequatur Christum? Matt. 10. v. 38. Luc. 9. v. 24. 14. ca. v. 26.

*Dan* mer zum Himmreich ist erköhren / *Den* stechen allezeit. *Distel* vnd *Dorn*. Prouerb. 3.

Oportet nos per multas tribulationes ingredi in regnum cœlorum, Act. 14.

Augustinus. Quid est diu viuere aliud, quam diu torqueri?

Magnum autem discrimen inter afflictiones piorum & pœnas peccatorum sese offert.

Pater cum virgis cadit liberos, non hoc facit vt occidat, sed vt corrigat? Ita Dei crux non est pœna, sed castigatio paterna. Imo & hoc solenne est patrifamilias, vt in suos potius quam in alienos animaduertat.

Vnde Paulus 1. Cor. 11. v. 32. Quum iudicamur seu affligimur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Quibus non ab similia ista sunt, Prou. 3. v. 12. Ego quos diligo, castigo. Et repetitur Hebr. 12. v. 5.

Licet autem Deus promiscue interdum videatur manum suam ad affligendum exerere, (tam pios enim quam impios videmus cruce premi & aduersis subiici) tamè si fiat comparatio horum, tum videtur impiis quodammodo parcere, in suos vero grauius animaduertere, & seuerus esse censor suorum. Vnde

Vnde illi  
contrastru  
obscura se obli  
re descendat  
his exempti  
re fruantur  
ent. Psal. 73.  
Sed consol  
& calamitate  
basum ite di  
no insignitum  
Vide exem  
contra multa  
qua quam i  
tationis, i  
figitur n  
omus in vi  
ne quasi cor  
genibus De  
sed in mis  
nento indig  
sed in mis  
dem prior D

sim secund  
olo se gere  
sed & ma  
re ac illibat  
eradam vol  
omas suas in  
Duo illis pr  
reotes sine  
ob commend  
repre qui  
ed & fidelis  
etiam mortem

Vnde illæ querelæ piorum, quod impij in deliciis vitam transigere possint & eis omnia ex voto fluant, vino & cithara se oblectent, & tandem in momento absque dolore descendant in sepulchrum. Job. 21. v. 12. quod molestiis exempti secure & suaviter, aliis contemptis, beata vita fruantur, ita ut in cælum os suum efferre non dubitent, Psal. 73. v. 7.

Sed consolationis loco noceant pii, quod illorum crux & calamitates proprie non sint pœnæ, quia non amplius sensum iræ diuinæ seu pœnarum habent, nec à Deo irato insignuntur, sed visicatio & correctio paterna sunt.

Vide exempla, Davidis, 2. Sam. 2. Ezech. cap. 38. v. 1. E. contra multa scelera impiorum preterit quasi conuiuat, nequaquam ipsis in bonum, sed ut scilicet usque ad diem maturationis, Jerem. 18. v. 3.

Si igitur nos qui Euangelio credimus, mox, ubi lapsi sumus in vitium, Deus castigat, cedit nobis in bonum, ut hæc quasi correctione in viam reuocet, Rom. 8. v. 28. Diligentibus Deum, Esa. 54. v. 7. Modicum temporis dereliqui te, sed in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, sed in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor Dominus.

## II. Pars.

Jam secundo loco Petrus suos auditores instruit: Quomodo se gerere debeant ii, quibus non solum persequutio, sed & martyrium sustinendum est, ob constantiam veræ ac illibatæ doctrinæ Christi. Qui itaque patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

Duo illis præcipit. 1. Ut animæ suæ utpote immortalis memores sint, & deponant apud Dominum Deum, qui sibi commendata & apud se reposita bene cõseruare possit, utpote qui non solum primario animarum creator sit, sed & fidelis. 2. Præcipit deinde, ne pii illatas iniurias vel etiam mortem, quæ sibi in propinquo esse vident, vlcisci cupiant,

pian, sed & inimicis benefacere studeant & pro ipsis orent, ne Deus hoc ipsis imputet, sed potius peruenite suat ad agnitionem veritatis. Sicque fidem bonis operibus testando eertent cum improbis persecutoribus.

Eandem instructionem etiam hodie dabunt ministri Ecclesie omnibus piis qui affliguntur ob veritatem, vel à mundo opprobrium, imo & mortem perferre coguntur. Sed & omnibus etiam extra casum persecutionis hæc duo sunt strenue præstanda, in primis instante hora mortis, 1. vt anima, quam creauit Deus, ac Christus redemit pretioso sanguine suo, reddatur Deo creatori ac conseruatori suo. Ecclesiastæ 12. v. 7. Spiritus redeat rursus ad Deum, quid dedit illum.

Exempla habemus in Dauid & Christo, Psal. 37. Stephano, Act. 7.

2. Vt autem absque ira & odio id possint, reddant pro malo bonum; & carbones ignitos in caput colligant inimici, vincantque in bono malum, Rom. 12. v. 20. & 21. Christus id fecit in cruce, vbi dixit: Remitte illis pater, quia nesciunt, quid faciant. Nam si dominum gloriæ cognouissent, vtique non crucifixissent eum, 1. Cor. 2. v. 8. Similiter & Stephanus orat: Domine ne statuas eis hoc peccatum, Act. 7.

Consolatio tum in genere pro omnibus agonizantibus, tum in primis his qui ob religionem veram occiduntur, quod sciunt animam non perire vna cum corpore, sed nos habere fidelem Deum qui sibi commendatam habeat spiritum seu animam nostram, qui etiam rursus apud se depositam animam immortalem in resurrectione generali vniciuique corpori absque peccatorum macula restitutus sit. Hoc est Pauli solatium: scio quod possit seruare depositum, 2. Tim. 1. v. 12. Cui fidei creatori & conseruatori animarum sit laus ex hoc nunc & vsque in secula seculorum, Amen.

F I N I S.

THE.

## THEMA LXXXVI.

1. Pet. 5. v. 8.

*Sobrii estote, vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quarens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.*

## DISPOSITIO.

Si viator cuiquam obuiam venturus idem iter facienti narraret, quæ & quanta passus sit, à Leone fremente in sylua, eundemq; adhortaretur vt sibi præcaueret ab occursum leonis, modumque ostenderet, quomodo occasione sic ferente huic resistere possit, magnam procul dubio huic gratiam ageret & referret.

Quia igitur Petrus sæpius insultum huius leonis spiritualis expertus est, ideo fraterne agit, quod nos præmonet, ne in eiusdem incidamus occursum.

Cum itaque in hac vita nobis varia pericula obueniât, nec quisquam vsquam tutus esse possit, quin leonis rugitum vel occursum, experiri cogatur: ideoque vt vitemus huius occursum, vel si omnino deuitare non possumus, modo resistere ei absque damno liceat, Petrus nobis viam & modum monstrauit verbis iam prælectis.

Eius igitur ductum vt sequamur, duo nobis obseruanda erunt.

1. Quis iste leo obambulans.
2. Quomodo huic resistere valeamus.

## I. Pars.

Diabolus vester aduersarius obambulat, tanquam leo rugiens, quarens quem deuoret.

Nos hic sumus in mundo, in quo Diabolus princeps est, ille igitur regnat in filiis *aduersus*, qui regnum eius propagare iugiter student. At cum paucos in nassam suam pertrahere possit, ideoq; laruarus incedit. Ac vt olim sub

V u s astuti



& 9. v. 22. Luc. 11. v. 14. sed grauiora sunt illa tela ignita Satanae, Eph. 6. v. 16. Vide passiones Pauli, 2. Corint. 1. 2. v. 10. Id ipsum experiuntur omnes mox post abrenunciationem Diaboli in baptismo factam. Ab eo tempore ἀσπῆδον πόλεμον gerendum cum Diabolo, & ipse nobiscum semper pugnat.

## V S V S.

Male igitur agunt qui omne id, quod de indefesso studio Diaboli in concione proponitur, pro meris ludicris habent. Petrus qui hæc expertus est, quod Diabolus illum perierit cribrare. Luc. 22. tāquam triticum, illum non habuit pro *μορμολυκίῳ*, hoc est, pro larua aut spectro inani, sed altitum esse cognouit, quem nisi Christus restituisset in integrū, Diabolus plane absorpsisset, & in barathrum æternæ damnationis attraxisset.

## II. Pars.

Quomodo autem resisti possit aduersario siue Diabolo occurrenti, Petrus optime nouit: nempe sobrietate & vigilantia. Nam quia indefessus noster Antagonista valde vigilans est, nullum non mouet lapidem, quomodo nos circumuenire possit.

1. Sobrii igitur simus ac vigilemus non solum spiritaliter, sed etiam corporaliter, nam pigrum corpus ac semper stertens (vāsuper hunc locum inquit Luther. Tom. 2. German. Jenens. fol. 352. b) quod instar epicuri sese replet, Diabolo nequaquam poterit resistere, cum satis difficile sit iis, qui fidem & spiritum sanctum habent, semper sic resistere, vt retrocedat.

At vigilandum quidem vt & sobrietati studendum ne corpus torpeat. Sed Diabolus per hæc media nondum abactus est, sed hoc fiat tantum, quo minus corpori demus occasionem in peccatum incidendi. Aliud deinde accedat quod sequitur.

2. Verum & efficacissimum remedium, id est, vt GLADIVM SPIRITVS (Eph. 6. v. 17.) apte reprehendamus, id est,  
IN

IN FIDE ROBUSTI & BENE ANIMATI SIMUS. Nam si in corde fixit radicem fides, & solide est fundata in verbo Dei, quod est gladius biceps & acutus, imo & acutior & quouis gladio penetrantior (Heb. 4. v. 12.) tum Diabolus persistere non amplius potest, sed fugatur. Ideoque nunquam somnolenti & temulenti simus, ne arrepta hac occasione de nouo nos aggrediatur, circumueniat & in barathrum suum præcipitet. Hoc est quod Petrus monet vt resistamus fortiter in fide.

3. Tandem accedant etiam preces frequentiores, ex fide profectæ, iuxta id Christi, orate, Marc. 14. v. 38. Mat. 26 v. 41.

F I N I S.

T H E M A LXXXVII.

2. Pet. 1. v. 14.

*Scio quod tabernaculum breui sim depositurus: quemadmodum & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.*

D I S P O S I T I O.

Petrus in transfiguratione Christi iustum quandam percipiens vitæ æternæ, præ gaudio in hæc verba erupit: Domine hic bonum est esse, faciamus tria tabernacula, tibi vnum, Moyfi vnum, & Eliæ vnum.

Ex hoc tempore semper appetuit vitam æternam, sed olim dum audiuit, quod violenta mors sibi expectanda sit, & alius eum ducturus sit, quo non velit, caro infirma tum fuit, Joh. 21. v. 20. Spiritus autem nunc promptus est, ac paratus ad quoduis supplicii genus. Mutatus enim est in alium virum. Is spiritus etiam tum, cum hæc scriberet, tantas ipsi vires, robur ac animum addidit, vt ex *negotio* intrepidus meminerit sui martyrii, quod in propinquo erat.

De

De hoc (nunc quia se obrulit occasio dicendi pro fufnebri concione) textum præfentem audiemus.

1. Dicturi de vaticinio feu præfagio mortis Petri.
2. Unde habuerit iftud præfagium.

## I. Pars.

Quod ad vaticinium ipfum attinet, Petrus quidem fimplicibus verbis potuiffet per epiftolam fignificare auditoribus fe breui fpiritum Deo redditurum, ac vocurioni fe refignaturum per mortem: vel Tyrannum Neionem breui in fe potestatem habiturum, vt de vita illum tollat ob annunciatum Euangelium, quod nec Diabolus, nec ipfifus complices ferre poffint. Sed mauult fub eleganti metaphora TABERNACULI, quod deponiturus fit, adumbrare mortem fuam.

Cur autem vltus fit hac *q̄* de pofitionis tabernaculi caufas habuit fat graues.

1. Quia tabernaculum eft ftructura imbecillis, vt plurimum (quod papiliones vulgares refantur) panno faltem conftans.

2. Quia citiffime poteft deftrui & conuolui.

3. Quia diuerforium eft, non habitatio vel domus.

Significare igitur voluit & faum corpus imbecille effe, caducam eius conditionem effe, tum maturam migrationem fibi inftare ficut incolentibus fcenas, feu tabernacula.

Nec eft hæc noua appellatio, qua corpori hominis attribuitur, quia & Paulus illa vltus eft pofteriore ad Corinthios 5. c. v. 1. & 4.

Deum autem dicit fe SCRIBERE quod breui fibi difcedendum ex hac vita, innuit fe adeo non horere mortem, vt potius libenter de ea fcribat, valedicturus fic fuis auditoribus, ac figillo proprii fanguinis confirmaturus fuos in agnitione Euangelii, ne & ipfi, fi opus fit, detrectent mori pro veritate.

LOCVS.

## LOCVS.

Discimus quid mors fidelium sit, nempe nihil aliud quam pepositio tabernaculi. Corpus aggrauat animam tanquam onus, Sap 9 v. 15. Maximum onus est degere ad tempus vitam sub scenis, hæc enim militum domus est, quemadmodum & nostra tota vita, Job. 7. vers. 1. militia comparatur.

Quando autem tabernacula erecta deponuntur & conuoluntur, hoc peregrinationis signum est. Ita & nos deponendo tabernaculum corporis, migrare cupimus ad Deum a quo absumus corpore quamdiu sub tabernaculo fuit anima. Vide 2. Cor. 5. v. 6. peregrinamur a Domino.

Gessit igitur anima migrare ex hoc tabernaculo ad Dominum. Nam quamdiu sumus in hoc tabernaculo suspiramus onerati, eo quod nolimus exire, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas a vita. Ibid. v. 4. Scimus namque quod cum aduenæ simus in corpore, in speculo tantum cernamus Dominum per fidem, 1. Cor. 13.

Vsvs. Christianorum igitur summa voluptas sit migrare ex corpore fragili, caduco, mortali subiecto peccato cruci & omnis generis afflictionibus. Quis alias non libenter ex scenis aut papilionibus se conferret in ædificium vbi securius & minori cum molestia viuere possit: & tutus esse ab hostibus? ita nos ex corporis compage in domicilium non manu factum migramus, sed a Deo ipso factum, quod æternum in cælis.

Quantum igitur cælestia superant terrestria: tantum excellit ædificium illud hæc nostra, si maxime sint palatia.

## II. Pars.

Sed ne possint Petri auditores dicere: mi Petre forsan imaginari tibi id, ex somnio aut incusso terrore, qui tuum angit animum: Ideoque occurrit his, scribens se inde scire quia DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS SIGNIFICAVIT SIBI. Singulare hoc est.

Petro

Petro idem

nuncque fuerit

Tim. 2. v. 6. i.

ni meo in ista

vas sancti ha

Loc vs I

nones, vt nol

id nobis conu

ndum sit. Q

vitarus sit me

cum morte,

2. v. 11. Quis

firmit Domi

Vs vs. Ma

mo singulis

confecti for

ad mortem

sumus.

Vltima d

vt semper in

impatatos

12. v. 35.

Fugiamus

vlti vna: hu

nones de pec

pse nos suo

orum vel vi

17. a. 17

vel. 30.

T H

Nonus ca

ni (Dii) ex

THEMA LXXXVII. EX NOVO TEST. 787

Petro idem obtigit, quod & Paulo, quod adeo certo sciretque finem vitæ suæ in propinquo esse. Nam Paulus 2. Tim. 4. v. 6. inquit: ipse iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat, quod certe ex peculiari reuelatione Spiritus sancti habuit.

**Loc vs** Licet autem nos non habeamus tales reuelationes, vt nobis certo constet de nostræ vitæ fine: attamen id nobis constat, quod certo nobis & ineuitabiliter moriendum sit. Quis enim est qui viuat (Psal 87. v. 49.) & non visurus sit mortem temporalem? Quis fœdus potest facere cum morte, vt se intactum relinquat: ne illi quidem Esa. 28. v. 15. Quis terminum vitæ prætergredi potest, quem constituit Dominus, Job. 14. v. 5.

**Vs vs.** Monet hic locus, vt expectemus singulis diebus imo singulis momentis mortem, prout rhythmus à veteribus confecti sonant: Ich gehe auß oder ein / so steht der Tode bud wartet mein. Ac vt cantio habet: Media vita in morte sumus.

Ultima dies later, vt cæteri obseruentur omnes: hoc est vt semper in penitentia studio pergamus, nec nos mors imparatos & incautos opprimat, Sitis accincti lumbis Lu. 12. v. 35.

Fugiamus autem Stoicas opiniones de fatali & ineuitabili vitæ humanæ termino, ac respiciamus ad comminationes & promissiones Dei. Timeamus eum ac oremus, vt ipse nos suo spiritu ducat ac regat, ne impingamus in errorum vel vitiorum præcipitia: vtq; ipse sit **VITA NOSTRA ET LONGITUDO** dierum nostrorum, Deut. 30. vers. 30.

F I N I S.

THEMA LXXXVIII.

1. Pet. 3. v. 13.

*Novos cælos & nouam terram secundum promissa ipsius (Dei) expectamus, in quibus iustitia habitat*

DISPO.

## DISPOSITIO.

Scriptores ethnici produnt fuisse reges, qui non contenti fuerint spectaculis, ludis scenicis, quo tempus fallerent in hac miserissima & erummosa vita, sed subinde noua præmia proposuissent, qui excogitarent nouas voluptates & recreationes.

Nos Christiani verolice gemamus sub cruce, & liberer ex hoc corpore tanquam carcere animæ liberaremur, attamen nequaquam voluptatibus cupimus hoc quicquid est vitæ lenire, præsertim corporalibus, temporalibus, terrenis: sed potius anima nostra aspirat ad Dominum Deum viuum, qui nos non creauit vt in æternum hic habitaremus, sed vt transferemur gustata huius vitæ amaritudine ad regionem viuorum.

Hæc regio variis nominibus insignitur in scriptura: à Petro vero & aliis etiam, nouum cælum & noua terra appellatur.

Quod igitur Petrus per hosce cælum & terram intelligat, videbimus: & quid doctrinæ hinc exurgat.

## Expositio Textus.

Dum Petrus dicit, expectamus cælos novos & terram nouam, nihil aliud vult dicere, quam nostram conuersionem seu *πρόλιτυπη* non esse in hoc mundo, sed nos, exortos adhuc esse patria cælesti & exules ac filios Euz esse. Ideo nobis expectandos cælos novos & terram nouam, id est, meliorem vitam.

Homines in hoc mundo sepe vana spe lactantur, de qua spe mundana recte dicitur: *hoffen vnd haryen mach manchen grossen Narren*. Nec mirum, quia nobis illa promiserunt homines, qui sunt mendaces ac vani, & promissis quidem largi sunt, sed rari in exhibendo.

Expectatio autem hæc longe secus se habet, quia expectamus ab eo, qui promissis non solum & pollicitis diues est, sed & omnipotens in exhibendo.

Cuius

Cuius verba ac promissiones sunt Etiam atque Amen,  
2. Cor. 1. Cælum ac terra transibunt, verba autem & pro-  
missa eius non transibunt imo nec iota aut apex vnus Luc.  
21. v. 37.

Quid igitur promisit Deus, aut quid expectamus se-  
cundum promissa ipsius? Cælum ac terram nouam, vt  
etiam Esa. 65. v. 17. Deus per Prophetam ait: Ecce ego creo  
cælos novos, & terram nouam; & non erunt in memoria  
priora, & non ascendent super eos, sed gaudebitis & exul-  
tabit is vsque in sempiternum in his, quæ ego creo. Quia  
ecce ego creo Hierusalem exultationem, & populum eius  
gaudium, credendam igitur, Apostolum vt & Esaiam, ma-  
gis loqui de ipsorum hominum, ac status ipsorum quam  
de Elementorum restauratione, quæ tunc nobis non ad-  
modum necessaria erunt, quemadmodum etiam Apoc. 21.  
v. 2. sub specie nouæ ac sanctæ vrbis inuocati ciues aut pii  
indicantur.

Dicimus aliam vitam post hanc restare & expectan-  
dam esse. Nam vt 1. Johan. 2. v. 25 scriptum est, hæc est illa  
promissio, quam pollicitus est nobis, nempe vitam æter-  
nam.

Si enim in hac vita tantum spem fixam in Christo ha-  
beremus, & nostra fiducia in hoc mundo inclusa foret, ef-  
semus in hoc mundo miserimi omnium hominum, 1.  
Cor. 15. v. 19. Scimus vero si hoc tabernaculum nostri ex-  
terni ac terreni domicilii destructum fuerit, nos ædifica-  
tionem ex Deo habere, domicilium non manufactum, æ-  
ternum in cælis, 2. Cor. 5. v. 1. Non enim hic habemus  
manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, Heb. 13.  
v. 14.

Ac quomodo non speranda & expectanda nobis esset  
altera vita, cum in hac vita mera *iniquitas* & bonis male-  
malis bene sit Iniustitia summa hic regnat, in altera vero  
erit summa iustitia. Nihil enim inquinatum introibit in  
illam, Apo. 21. sed nos corpore & anima glorificati Chri-  
sti imagini stemus conformes, Phi. 3. v. 21.

Et si enim Deus etiam in hac vita Ecclesie militanti sub vexillo Christi adest, & communicat sua bona, & dona, inuocat spiritum in visceribus nostris, attamen hæc dona & bona multo erunt præstantiora & illustriora in regno gloria, vbi Deus erit omnia in omnibus.

Nam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præpararit Deus his qui diligentissimum, Esa. 64. v. 4. Ac eadem plane repetit Paulus 1. Cor. 2. vers. 9.

Vsvs. Aspiremus ergo ad alteram vitam in qua habitabit iustitia, ac valeamus mundo, Satanz, carni & iniustitiæ. 1. Joh. 2. v. 15. Nolite diligere hunc mundum, qui in maligno est positus neque ea quæ in mundo sunt, quoniã omne quod est in hoc mundo, concupiscentia carnis & oculorum est.

Id ipsum vult Paulus 1. Cor. 7. v. 30. Tempus breue est, reliquum est vt & qui habent vxores sint tanquam non habentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt tanquam non possidentes: & qui vruntur Hoc MÜNDO, non aburantur eo. Præterit enim figura huius mundi. Interim donec cælum & terra transeant, & antequam nos transeamus, aut accedant anni qui non placet, Eccl. 2. nos in hac vita, & sub hoc cælo Deo fideliter seruiamus, tunc etiam in altero cælo & in æterna vita apud Deum erimus, Johan. 12. vers. 16. Vbi ego sum, & minister meus erit. Quilibet autem, cuiuscunq; sexus ac ætatis sit, habet suam stationem in qua diligentiam suam in obediendis vocationis laboribus Deo potest probare. Simus ergo serui fideles.

Id si fiet, tunc audiemus in extremo iudicio lætissimam sententiam Matth. 25. Euge bone ac fidelis serue, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. INTRA IN GÅVDIVM DOMINI TVI, quod est gaudium alterius vitæ.

F I N I S.

THE.

## THEMA LXXXIX.

1. Joh. 2. v. 17.

*Et mundus transit & concupiscentia eius: Qui autem facit vol. unitatem Dei manet in aeternum.*

## DISPOSITIO.

Narrant historię, quod in creatione noui Pontificis Romani inter alias ludicras minimeque necessarias ceremonias, hæc non postrema sit, quod accensa particula quadam lini ad id apparatus, per præconem acclameretur nouo Papæ: S. C. TRANSIT GLORIA MYNDI. Vitam magis serio, quam per iocum hæc fierent: & mortalitatis ac vanissimæ gloriæ admonerentur Pontifices illi: quam paruo tempore sedes duratura foret Pontificalis, concupiscentia multorum aspirandi ad hanc vanam & inanem gloriosam mundi expirare breui tempore.

Nos potius sepulchrali spectaculo, nostræ mortalitatis memores adaptanda hæc verba de transitu mundi censemus, idque optimo iure, quia per mortem transimus, eum viatores in aliam regionem.

Cum igitur præsens funus nos hac vice etiam commoueat, nefaciatur huius transitus, prælecta verba secabimus in duo membra,

dicturi { 1. Quod transiturum est breui.  
de hoc { 2. Quod manet in æternum.

## I. Pars.

Mundus, inquit Johannes Apostolus, transit & concupiscentia eius.

Postquam auditores suos, eum charissimos filiolos instar patris serio adhortatus est, ne diligant mundum, neque in mundo sunt: mundus autem semper mundus maneat immundus, selectos suos auditores vult de mundo, ac licet non possint vitare mundum, nec egredi ab illis.

XX 2

atta-

attamen vitare vult suos auditores præuersionem mundi, ne coinquinentur.

Cuius rei grauissimam addit rationem. Nam MYNDVS TRANSIT, non solum quod molem illam terrenam, sed etiam quoad illecebras seu concupiscentias eius. Licet corruptus & peruersus status huius mundi ad tempus florere videatur, voluptates corporis, lasciuia, impudicitia, crapula, comptæ personæ quoad formam elegantem & vestitum decorum, à mundanis appetantur, magnifant & multos applausores habeant: attamen sunt meræ concupiscentiæ, quas vbi quis adeptus est, iisdem ad voluptatem fruitur, tunc pereunt ac transeunt: ac si non citius, attamen in morte, quæ est transitus in hoc mundo, staccescunt, cessant, ac euanescent voluptates & concupiscentiæ mundanæ.

### LOCVS.

Discimus hinc, Fore omnino finem seculi seu mundi huius quod comprobant tam veteris quam noui Testamenti diuina varia.

Nam sicut mundus hic initium creationis habuit: ita & finem.

Psal. 102. v. 26. Initio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascunt. Et sicut indumentum mutabis eos & mutabuntur: Tu autem ipse es, & anni tui non deficient.

Esa. 51. v. 6. Cæli sicut fumus dissoluentur, & terra sicut vestimentum purefiet.

Luc. 21. v. 32. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Sic & Mar. 13. v. 31. iisdem plane verbis, Augustinus astipulatur, Quæst. 28. super vetus Testamentum, inconueniens est, mundum æternum dicere, quem cum videmus passioni subiectum, & per secula senectute defecere, GREDIMVS ET FINIRE.

Non pauci etiam inter Philosophos statuunt & euincunt

ant argut  
lato, se  
Vrs. L.

displum  
ti. Deit

cunque de  
quorum ve

nilla velq  
Ephitap

danaphali

Com

Delit

Sum

Hec

Hau

Hoc

Quibus

qui repore  
interitu n

sermones

quo enim  
no creatu

concupisc

III. Ser

si eos æmu  
est. 16. Pla

pretemus.

Finge al  
fari, quem

Vel numi

nox æfura

Quia nihil

causare ad

traxit ob  
thæse, Dan

tu nobis vi

eunt argumentis suis finem fore mundi, vt Pythagoras  
Plato, Seneca, &c.

Vsvs. I. Arguuntur Aristotelis Philosophi errores etiam  
ab ipsissimis Philosophis sanioribus.

II. Deinde etiam illulores, qui omnia derident, quæ-  
cumque de interitu seu transitu huius mundi dicuntur,  
quorum vetus cantilena est: ede, bibe, lude, post mortem  
nulla voluptas.

Ephitaphium etiam tale inscriptum esse sepulchro Sar-  
danaphali seu rogo referunt historiographi:

Cum te mortalem noris, presentibus exple

Delitiis animum: post mortem nulla voluptas.

Sum cinis, ille Niui rex qui ditissimus olim:

Hæc habeo quæque edi, quæque exaturata libido.

Hausit, ad illa iacent, multa & præclara relicta:

Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Quibus accensendi sunt & illi porci Epicuri de grege,  
qui tempore Apostoli Petri omnia usq; deq; fecerunt, quæ de  
interitu mundi prædicta fuerant, 2. Petr. 3. v. 4. quorum  
sermone erant: vbi est promissio, aut aduentus eius? ex  
quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab ini-  
tuo creaturæ. Hosce autem vocat illulores, iuxta proprias  
concupiscentias ambulantes.

III. Serua etiam nobis institutioni, ne mundo addi-  
ti eos amulemur, qui hic sælices esse putantur (Psal. 37.  
vers. 36. Psal. 73. vers. 5. & 12.) sed ad futuram vitam a-  
spiremus.

Figge autem in nauí ornatissima secundo flumine  
ferri, quem scias mox naufragium facturum, &c.

Vel num posses delitiam securus in domo, quam scies  
mox arsuram: atqui miserior huius mundi conditio est.  
Quia nihil in eo, quod hominis animum perfecte possit  
exatiare ad plenum & sufficienter mors item inopia seu  
transitus obrepit, via vniuersæ carnis. Vide exempla Bal-  
thasar, Daniel, 5. v. 30. Diuitum, Luc. 16. & 12. Ac licet de-  
tur nobis viuere ad extremum vsq; diem vel horam, attamen

men finis & transitus erit, & tunc plangent, qui cœlestia neglexerunt, Matth. 24.

Horum semper meminerimus.

IV. S. ruiat CONSOLATIONI omnibus piis eruce pressis. Olim finem habebunt & meminisse iuuabit. Nec possunt aduersitates nostræ diurnæ esse, cum vita præfens breuis sit Psal 90. v. 9.

Tunc momentaneam afflictionem sequetur æterna gloria, 2. Cor. 4. v. 17. Huius gloriæ nos, post exantlatos huius miseræ labores, participes faciat Deus, benedictus in omnia secula.

### II. Pars.

De iis autem qui sese attemperant toti ad voluntatem Dei, Joannes ait: QUI AVTEM DEI VOLUNTATEM FACIT, MANET IN ÆTERNVM.

1. Facere voluntatem hic non significat perfectissimam legis obedientiam exequi, siquidem homo nullus vel piensissimus, vixit, vivit aut victurus est, qui perfectissimam legis obedientiam præstare possit. Sed facere voluntatem Dei, est pœnitentiam agere ac credere Evangelio, Marc. 1. v. 15. Est hæc voluntas (inquit Christus Joan. 6.) eius, qui misit me Patris, ut omnis qui videt filium & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

2. Manere autem in æternum significat solidam, stabilem ac foelicem mansioem habere: de qua mansione Christus, Joan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Joan. 12. v. 26. Si quis ministraverit mihi, me sequatur. Et ubi ego sum, ibi & minister meus (id est, qui voluntatem Dei facit) erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabitur eum pater meus.

### LOCVS.

Discimus mansio piorum seu conditio qualis futura sit, nempe stabilis, solida & æterna, sicut promittit, Joh. 10.

Qui.

Ouibus meis ( quæ vocem meam audiunt & obtinent  
tant mihi ) do vitam æternam.

Voluntatem enim timentium se faciet Dominus, Psal.  
145.

Volumus autem vt nobis in æternum bene sit, & cum  
Deo maneamus: Id assequi possumus, si illum dilexerim<sup>9</sup>  
Ioan. 14. v. 23. & verbum Dei ( quod in æternum manet,  
Ei. 40. i. Per. 1 ) seruauerimus, sicq; voluntatem eius exe-  
quuti fuerimus. Verba namque vitæ æternæ Joh. 6. habet.  
Qui sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem  
in æternum. Joh. 8.

Qui credit in filium [ hæc autem est voluntas Dei, vt  
audiamus filium ] habet vitam æternam. Joh. 3.

Potestatem dedit filios Dei fieri, omnibus iis, qui cred-  
dunt in nomen Dei, & c. Joh. 1. v. 12.

Mansionis etiam cœlestis participes fient, qui custodi-  
unt verbum Domini, & non solum auditores sunt verbi  
seu voluntatis Dei, sed etiam fructum eius ferunt.

1. Student sanctimoniam: vult enim Deus vt sancti simus  
Leuit. 19. vt luceat lux nostra, & celebretur pater noster  
cœlestis, Matt. 5. Vide Pl. 15. totum.

2. Diligunt proximum suum tanquam seipsos.

Licet autem non idonei simus ex nobis ipsis ad cogi-  
tandum quid boni, multo minus ad perficiendum, 2. Cor.

3. Deus tamen est qui in nobis efficit velle & perficere, pro  
bona sua voluntate, Phil. 2.

Erant igitur longe qui dicunt nobis ignotum esse, quid  
Deus à nobis requirat, seu quæ voluntas eius sit.

Mich. 6. v. 8. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, &  
quid Dominus requirat à te, vtiq; facere iudicium & dili-  
gere misericordiam, & humiliter ambulare cum Deo tuo.  
Vide Luth. vers. Germ. Gottes Wort halsetz / &c. Conti-  
nentur opera primæ & secundæ tabulæ in hac sententio-  
la: Marc. 1. vers. 15. Agite pœnitentiam & credite Euan-  
gelio.

Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salu<sup>9</sup> erit.

Imperfectum autem cum sit omne quod à nobis in hac carnis infirmitate sit, cum primitias tantum spiritus in hac vita acceperimus: supplebit cætera Christus, qui voluntati Dei perfectissime satisfecit, sicque nobis factus à Deo iustitia & sanctitas, 1. Cor. 1. Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

NB. Augustin. super hanc sententiam: Joh. 2. Mundus transiit & concupiscentia eius: qui autem, &c. Quid vis? utrum amare temporalia, & transire cum tempore. An Christum amare, & in æternum vivere?

FINIS.

THEMA XC.

1. Joh. 3. v. 2.

*Charissimi, nunc filii Dei sumus: et nondum apparuit quid erimus: scimus autem, quoniam non apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.*

DISPOSITIO.

Si quis ex ordine patritio ortum habet, vel nobili familia natus est, dignitatem hanc acquirit, ut præ cæteris in magna autoritate habeatur: si vero ex sanguine potentioris gradus, utpote Comititis, Ducis, Regis vel etiam Imperatoris progenitus sit, tum maiorem titulum, dignitatem ac maiestatem præ se fert, ac insignibus progenitorum gaudet. Et si Judæi in Veteri Testamento & etiam tempore aduentus Christi gloriosum sibi duxerant à Patriarcha Abrahamo profatos, eiusque filios se esse & quidem gentem liberam quæ nulli unquam serviret: Quamvis hoc maius privilegium & splendidior honoris titulus est filium Dei vocari & esse, de qua dignitate hæc præle. Et verba apostoli Johannis sonant.

Quæ ut melius intelligantur ac memoriz insigi possunt, dividam in 2. partes.

1. De qualitate & conditione filiorum Dei in hac vita.
2. De illorum dignitate in altera vita.

I. Jars.

## I. Pars.

Cum solemus sic Johanni suos auditores vocare charissimos liberos, id ipsum facit etiam hic, & vocat charissimos sibi; addit autem filios illos esse ipsius Dei, & sic maiori dignitate gaudere debere.

Nunc, id est, in hac vita, in regno gratiæ, non amplius sumus filii huius mundi seu seculi, sed reuociamus Satanæ ac mundo Christoque per baptismum sumus inserti, ut adoptiui simus Dei patris, quos Christus non erubescit fratres vocare, Joh. 20. v. 17. & Heb. 2. v. 11. Is ipse etiam potestatem dedit filiis Dei fieri his, qui credunt in nomine ipsius Joh. 1. v. 12. 13.

Ac proinde vult dicere: Quia renati estis non ex corruptibili, sed incorruptibili semine verbi diuini, per spiritus sancti gratiam, in spem vitam, ac sic creditis in Deum patrem eiusque filium, qui vobis gratis remittit peccata, vobisque à Deo patre factus sit sapientia, iustitia, sanctificatio ac redemptio, ideoque *re vera FILII DEI ESTIS*,

## V S V S.

Discimus hinc, quod nullus homo sua natura sit filius Dei, sed potius filius iræ & indignationis, Eph. 2. v. 3. Nec etiam filii Dei fieri possumus meritis operum, per carnalem iustitiam, siquidem omnes nostræ iustitiæ sicut panis menstruata, Esa. 64.

Multo minus in numero filiorum Dei sunt, quos pro diis mundus canonizat & calendario inseribit, rubrica licet id fiat.

Nec etiam parentes ea parte qua renati sunt liberos procreant, ut sancti sint, sed ad imaginem suam peccato foedatam. *Rein Wolff* wisse Ein Lämblin. Ex carne caro. Potest etiam adducere simile de grano frumenti, simile frumentum ex simili. Id ipsum Joannes innuit Joh. 1. v. 12. & 13. Hi sunt filii Dei nequaquam, qui ex sanguinibus, ex voluntate carnis, ex voluntate viri nati sunt.

Xx 5 Lu. h.

Luth. in cap. 21. Gen. Quantumvis sancti sint pater & mater, tamen hoc filiis qui ex eis nascuntur, non prodest, non saluantur ideo.

Sed, ut inquit Cyprianus pulcherime, Christus FILIUS DEI, FILIUS HOMINIS FIERI VOLUIT, UT HOMINES FILIOS DEI REDDERET.

1. Hæc nunc ad consolationem & correctionem vitæ transferamus. Si Diabolus te tentat in paupertate: *Du bist allein der armen Geyen Sohn*: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, tunc responde cum Christo, non ex solo pane viuunt homo, &c. In morbo & in agone recurre ad tuam *q. 8. Act. Rom. 8. v. 15. & 16.* Non accepimus spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepimus spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium dat spiritui nostro quo simus **FILII DEI.**

Ac *Elaiæ 49. v. 15.* Nunquid obliuisci potest mater infantis, vt non misereatur filii vteri sui? Et si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te.

Simili modo etiam in doloribus peccati ac inferni. Si Diabolus tanquam carnifex suam carnificinam (*als ein Stockmeister*) vult exercere, in altera manu habens registrum legis, in altera vero chirographum conscientie tibi proponit: En, inquit, lex mihi dedit potestatem te accusandi: conscientia vero tua, te condemnandi: meus es, meus usque manebis. Ibi responde & excipe: sic mecum loquendum erat extra **CHRISTVM.** Sed quia viuo in fide filii Dei qui destruxit opera Diaboli, ideo dedit mihi potestatem vt filius Dei & Ecclesie sim. Quis igitur (*Rom. 8.*) intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis ille qui condemnet? Christus est, qui mortuus est imo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui & intercedit pro nobis.

2. Deinde facit hoc etiam ad emendationem vitæ. Nam *si filius Dei es, etiam in negotiis viuere, ne dicaris filius Sara-*

næ

nā. Nam qui facit peccatum, ex Diabolo est (1. Joan. 3. v. 8. Et mox 9. versu. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit (intellige studiose seu *πεγαπιστικῶς*, quia peccatis resistit per spiritum sanctum regentem & gubernantem ipsum) quoniam semen Dei in eo manet & non potest peccare, (id est, abhorret à peccato, quatenus renatus est & primitias spiritus habet) quia ex Deo natus est. In hoc (addit, v. 10.) manifesti fiunt FILII DEI & filii Diaboli. Omnis qui non facit ueritatem, nō est ex Deo, nec etiam, qui non diligit fratrem suum.

Fructus sequitur naturam seminis sui. Vinitor empturus uites, primo omnium obseruat, Was es für ein Saad sey. Plantaturus hortum, curat ut bona semina habeat.

Animalis homo ex immundo conceptus est semine. Renatus uero ex aqua & spiritu, constat semine incorruptibili, nobili & optimo, quod ex Deo prouenit, ut etiam hinc *κοινωνοι* diuinæ naturæ siamus.

Ideo seminis naturam referamus, ac ingenium Dei.

Exemplo habes in ABRAHAMO patre omnium credentium.

Si filii Dei sumus, præstemus quod filii debent patri, ne conqueratur, Esaiæ 1. Filios enutriui & exaltrui, ipsi autem spreuerunt me, Et Malach. 1. Filius honorat patrem.

Et seruus Dominum suum, si ergo pater uester sum ego, ubi est honor meus? Quantum dedecus est filio, si degenerera patre: si Heroum filii noxæ fiant.

## II. Pars.

Quod autem mundus nos non pro filiis Dei habet, nec agnoscit, nec nostræ carni id semper persuadetur hinc est quod NONDVM APPARUIT nec innotuit publice EA que NOS sub aduentum extremum FILII DEI MANET GLORIA.

Interea autem NOS CERTO SCIMVS, quæ illa futura sit, SIMILES namque EI (Christo) ERIMVS. Omnem

Omnem illam beatitudinem de qua Propheta Esa 64. v. 4. ait, oculum non vidisse, aurem non audiuisse, nec in cor hominis descendisse, breui verbo Joannes complexus est, cum ait SIMILES NOS Christo futuros. Non tamen PARES nos omnino futuros Christo intelligit. Fulgebit in nobis clarissima agnitio Trinitatis, & omnium virtutum chorus conspicietur: saluo tamē inter caput & membra (& Christū & electos) discrimine. Similes ei erimus hac ratione, quia corpus nostrum humile conforme reddet corpori suo glorioso, vt Paulus docet. Phil. c. 3. v. vlt.

Additur ratio seu causa huius similitudinis, QUONIAM VIDEBIMVS EVM SICVTI EST. Deus quidem sese etiam MVNDC conspicendum offert in verbo & Sacramento, sed non qualis est in essentia, non enim videbit eum homo (Exod. 3. v. 13) & viuet, sed id ergo quasi sum, sicuti ad Moisen dicit, allegato capite, eum dum taxat videmus, & vt Paulus 1. Corint. 13. v. 13. ait, cernimus per speculum, quantum videlicet modulus noster capere potest.

#### LOCVS.

De excellenti dignitate filiorum Dei seu electorum in altera vita, quæ hic quidem incipit, sed in altera demum vita vere perficitur & consummabitur, in anima & corpore nostro.

Claritas autem & gloria hæc consistit in duabus rebus. Primo, vt quæ in hac vita credidimus & summa fide complexi sumus, illa abolita fide, coram oculis aspiciamus, nempe æternum ac vniuersum filium Dei, splendorem gloriæ, ac characterem substantiæ eius: quomodo potestatis ac regni eius, quomodo Diabolum contriuetit sub pedes, & regnet in medio inimicorum suorum: quomodo illa omnia quæ in SPE habuimus, tunc possessurimus REIPSA cum implebuntur promissiones Christi Joann. 14. 2. Multæ mansiones in DOMO PATRIS MEI, ALTERVM VENIAM ET ASSVMAM VOS, VT VBI EGO SVM ET VOS ESTIS, Et Joh. 17. v. 14. Pater volo, vt vbi ego sum & illi sint, quos dedisti mihi, vt VIDANT GLORIAM MEAM. Quia

Quia au  
meretiam  
Pater pro  
goda est de  
Spiritu sanc  
illis nos cog  
In hoc em  
solum reru  
gostant. Il  
animæ deb  
ad Marcelli  
Non autem  
uimam, sed  
ris doctorib  
simodum e  
us qualitat  
re ac loce  
ia & nostr  
pebile, gn  
reddet con  
uam, in hoc  
impari, et  
patris vider  
uenit esse sp  
finitus.  
Vnus hor  
quæ spect  
pauit. Spe  
sacramen  
predestin  
æ Rom. 8. v  
Gallum n  
Thabor, is  
pro Christo  
26. & 27. In  
260 M. 17.

Quia autem Christus dicit Joh. 14. v. 9. Qui me videt  
videt etiam Patrem. Et Joh. 15. v. 9. quod spiritus veritatis  
à Patre procedat, & à Filio mittatur. Visio igitur intelli-  
genda est de tota & indiuidua Trinitate, de Patre, Filio ac  
Spiritu sancto, quos aspiciemus, & cognoscemus, sicut ab  
illis nos cogniti sumus.

In hoc enim consistit æterna vita, (Joh. 17. v. 4.) ut re-  
solum verum Deum & quem misisti Jesum Christum co-  
gnoscant. Illa cognitione, illa visione satiabitur in bonis  
animæ desiderium, inquit Augustinus de spiritu & litera  
ad Marcellinum cap. 33.

Non autem extendit se dignitas filiorum Dei saltem ad  
animam, sed & ad corpus, quod clarificabitur & aliis do-  
nis dotabitur. Non æquales sed similes ET ERIMVS. Quæ-  
admodum corpus Christi post resurrectionem habet no-  
uas qualitates, factum est immortale, ornatum est clari-  
tate ac luce inenarrabili, estque (vno verbo) spirituales:  
ita & nostrum corpus transformabit, quod est iam corru-  
ptibile, ignominiosum, infirmum, animale, & suo corpori  
reddet conforme, ut sit *ὡς φταγέλον, ὡς ἡμερον* seu *ἰνδοξον ἐν δυνά-  
μει, καὶ ὡς ἡμερόν*. I. Corinth. 15. v. 42. 43. 44. In resurrectione  
*ἵστέψιλοι* erimus, Matt. 12. v. 30. Nam sicut Angeli faciem  
patris vident: ita & nos visuri eum sumus, sicut est. Vbi vo-  
luerit esse spiritus, ibi protinus erit & corpus, inquit Augu-  
stinus.

Vsus horum 1. Inseruiat piis in consolationem & spem,  
qui expectant cum desiderio videre id quod nondum ap-  
paruit. Spe salui facti sumus, beati qui nondum vident,  
sed tamen credunt, quod visuri sint certo. Scimus quod  
prædestinavit Deus a s onfor. nes feri imagini filii ipsi-  
us Rom. 8. v 29.

Gastum nostræ glorificationis præbuit Petro in monte  
Thabor, is mox cupit ibi manere & erigere tabernacula  
pro Christo, Mose & Elia. Hæc spe erectus fuit Job. 19. v.  
26. & 27. In carne ME A VIDEBO DEVM. QVEM VISVRUS  
IGO MIHI, & OCYLI MEI CONSPECTVRA SVNT, &  
NOQ

non alienus Hæc MEA SPES inquit reposita est in SIRVMEO. Hinc Paulus, Phil. 1. Cupio dissolui & cum Christo esse.

2. Admoniti etiam omnes sint, ut si Christum videre velint ad gaudium (nam videbunt & ii, qui pupugerunt eum, sed in iudicium) ut incipiant in hac vita Christum videre in verbo, & sacramentis fide applicatis, Luc. 13. Beati qui vident quæ vos videtis, Psalm. 34. Gustate & videre. quam suavis sit Dominus, Matt. 5. v. 8. Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt, v. 9. Beati pacifici quia Filii Dei vocabuntur & nunc & semper. Ac tandem audient: Si quis mihi ministravit me sequatur, & ubi EGO SUM, IBI ERIT ET MINISTER MEVS: SI QUIS MIHI MINISTRAVERIT, HONORIFICABIT EVM PATER MEVS. QUOD FIAT IN VITA ÆTERNA, &c.

### THEMA XCI.

Hebr. 1. v. 10, vsque ad 13.

*Et tu Domine initio fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cæli.*

*Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut vestimentum veterascunt.*

*Ac velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficiens.*

### DISPOSITIO.

Salomon, sapientiæ nomine celeberrimus, admonet nos, Memento creatoris tui, &c. Eccl. 12. v. 1.

Non autem possumus meminisse creatoris quia etiam animus simul creaturarum ab ipso creatore creatum meminerit, quia aliunde nomen creatoris non habet, nisi à creaturis.

Optime igitur Epistola ad Hebræos in hoc textu & creato-

creatorem & creaturam coniungit, distinctione addita vtriusque à se inuicem.

Meliori itaque procedere ordine haud poterimus in enarrando hoc textu, nisi vt de singulis seorsum dicamus..

*Et primo quidem de creatore ipso.*

*Deinde de creaturis cœli & terræ.*

I. Scopum dum attendimus horum verborum, quæ transumpta & mutata sunt ex Psal 102. sub finem, Autor Epistolæ vult probare nomen aut titulum creatoris optimo iure CHRISTO Domini filio competere, eumque vere Deum esse, quia cœli sint opera manuum ipsius, ac terram fundarit.

II. Deinde dum dicit: Initio hoc factum esse, antequam vlla creatur fuerit, sicque initium temporis tum in momento creationis cœli & terræ factum esse. Sic alterum titulum CHRISTO vendicet, quod sit æternus quodque in æternum viuat. Hoc clarius in fine dicit: Tu idem es, videlicet qui ab æterno, & anni tui non deficient, id est in æternum permanebis. Vnde rursus Author vult diuinitatem CHRISTI asserere.

III. Idem vult vox DOMINI, quia sit creator cœli & fundator terræ, ideoque non esse Dominum terrenum, sed Dominum cœli ac terræ, quia cum Domino patre & Domino Spiritu sancto omnia in principio creauit, indeque non sit tantum DEVS, vt nonnulli loquuntur, nuncupatiuus; sed verus omnipotens, ac æternus DEVS, vna cum Patre & Spiritu sancto, quia sine ipso nihil nec in cœlo nec in terra sit factum. Hæcæus verba textus: Sequuntur LocI.

I. Discimus, quod non minus cognitio Filii Dei nobis necessaria sit quam Dei patris. In hoc siquidem est vita æterna, vt agnoscant te verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM, Joh. 17. v. 3.

II. Sed de creatione potissimum hic tractandum, quis creauerit cœlum? Quis fundauerit terram? Bilius

videlicet Dei vna cum Patre & Spiritu sancto, quem pro Domino huius totius vnice si agnoscamus.

I. Para. 17. v. 26. Omnes Di pop. Idola: Dominus autē cœlos fecit, Job. 12. v. 9. Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit; Joh. 1. v. 3. Omnia per ipsum facta & sine ipso factum est nihil, quod factum est, Col. 1. v. 16. per illum [ Christum ] sunt omnia creata, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris.

Nec discrepat hoc à Symbolo Apostolico: ubi credimus in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Nam creatio illi ascribitur, quia pater fons & origo diuinitatis, à quo omnia creata sunt. Vnus Dominus Pater, Filius & Spiritus sanctus, non tres Domini. Ideo etiam de Patre, Filio, & Spiritu sancto, simul dicitur Ps. 33. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.

## V S V S.

I. Refutari possunt non tantum Philosophi & Gentiles qui ab æterno existisse cœlum & terram voluerunt. Item qui illius nullum Dominum agnoscere voluerunt, sed ex temerario concursu atomorum confluisse statuerunt, destituti Scriptura sacra: sed & nostrates Stoici atq; Epicuræi, qui in corde suo sentiunt, hæc semper ab æterno ita existisse.

Nos potius hinc Domino nostro Christo laudem omnipotentis tribuamus, qui etiamnum nos sub cœlo & in terra potest tanquam Dominus noster sustentare, regere, & conseruare. Joh. 5. v. 17. Operatur pater meus, & ego operor, Act. 17. In ipso sumus, viuimus, & mouemur.

Reueremur etiam filiali timore hunc Dominum, ne nobis renunciet dominium in nos, tradatq; nos Satanæ destructori, &c.

Mal. 1. Si Dominus vester, &c. Psal. 67. v. 10. Et metuant eum &c.

Consolationem etiam in omnibus angustiis suggerit Dominium illud creatoris cœli & terræ.

Psal.

Psal. 121. Auxilium nostrum à Domino, qui fecit cœlum & terram.

Psal. 145. Spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit cœlum & terram.

Et si vero is Dominus cœli ac terræ non semper corporaliter nos conseruat, atramē ita seruat nos, vt ne quidem in morte ipsa pereamus. Diligentibus enim Deum ac Dominum hunc, omnia cooperantur in bonum, vita & mors, &c. Rom. 8. Siue viuamus, siue moriamur Domini sumus, Rom. 14. *Contra* à *Œois* contemptoribus Dei ac porcis Epicuri hoc incuit terrorem, quod Dominus cœli prospiciat de cœlo, Psal. 1. irideat eos, Psal. 2. quod aduersus stimulum calcitrare [A Cor. 9. v. 5.] nimis graue sit futurum ipsis.

Superiorem igitur se hunc Dominum agnoscant vel tandem in tempore gratiæ, antequam exardescat ira eius. Humilient se sub potenti manu Domini ad exemplum Nabuchodonosoris, Dan. 4. v. vlt. & laudem ac gloriam dent Domino Dominorum, ac dicant. Mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Psal. 37. Nam omnes gradientes in superbia potest humiliare, Dan. 4. v. 34.

*Pars II. De Creaturis cœli & terræ.*

Cœlum & terram esse quidem opera manuum Domini asserit textus (non abique allegatione dicti euidentis, Psalm 102.)

Non autem talia opera, quæ nullam vnquam finem habitura sint, sed illa etiam tuo tempore esse peritura, vbi periodum suam a creatore desinunt tam & determinatam compleuerint. Adducuntur etiam vestimentis; Sicut illa, vbi diu interuenerit hominis viui, tandem atteruntur & veterascunt: ita miranda hæc opera Domini, sicut amicum, qui in nihilum aliquid redigunt.

Respicit etiam a creationem primæuam, quod sicut cœli expausis sint quasi tentorium: ita dum ad interitum

<sup>1</sup> in fine mundi vergant, Dominus rursus illos sit conuoluerurus. Idque tam facile quam facile vexillifex expansum vexillum potest subito conuoluerere.

Nos hinc discimus, cœlum & terram, prout non ab æterno extiterint, si nequaquam in æternum durare seu permanere posse.

Luc. 21. Cœlum & terra transibunt.

1. Cor. 20. *quæque* huius mundi præterit.

1. Joh. 2. v. 17. Mundus transit & cupiditas eius.

2. Pet. 3. Cœli qui nunc sunt, & terra referuantur igni in diem iudicii & perditionis impiorum.

Ibidem. Veniet dies Domini, quo cœli instar procellæ transibunt, elementa vero æstuantia soluentur: Et terra, & quæ in ea sunt opera exurentur. Vide plura eo loci de interitu mundi.

Idem seniores Echnici ex lumine naturæ perspicere potuisse videntur, dicentes: Cum mundus aliunde pendeat, nec ex se causam existentiae habeat, ideoque non existere necessario sed contingenter, hoc est, posse aliquando esse, aut non esse.

Idipsum experientia testatur, omnia vergere ad interitum, quocumque oculos defigamus, siue in cœlum spectabile siue in terram & terræ nascencia.

Vir quidam doctus nostro seculo in hanc sententiam scripsit: Cœlum ac firmamentum subsedit post Peolomæi tempora, & aliquot milliaribus terra propius accessit. Cuius rei quidam hanc afferunt rationem: vt pomum recens & succulentum maius in circumferentia occupat spatium, quando vero vicium & marcidum redditur, occupat minus: Ita cœlum quidem primitus vigore primæuo præditum maius descripsit & occupauit spatium, iam vero marcescens ac velut vestimentum veterascens corrugatur, partim, vt Sol, cuius calorem etiam paulatim languescere sentimus, terræ iam vt culæ, effære ac instar anus frigidæ, calorem fortiorem ac proprios radios immittere possit, partim vt ruinam & interitum miniretur. Hæc ille.

THEMA XCI. EX NOVO TEST. 707

In terra nascentibus, effectus terræ non amplius est, ut fuit seculis superioribus. Tempestates horribiliores & crebriores ingruunt.

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis.

Sol non amplius tam tlate lūcet, ut antea, ob peccata nostra multiplicia. Breuiter, Rom. 8. v. 19. Omnis creatura solui & vanitate & corruptionis seruitute liberari cupit. Experimnt in nobis ipsis nostra corpora esse multo languidiora, quā superioribus gradibus veteranorum fuerint. Breuiore esse ætatis homines, ac vix centesimum attingere annū octogefimum nostro seculo constat.

Vvs. Admonemur igitur, ut non mundi illecebris inescemur: Lubricitati & mutabilitati eius non innitramur ementes simus quasi non possidentes, ut Paulus iubet, & vxores habentes sint quasi non habentes, 1. Corint. 7.

1. Ioh. 2. Non diligamus Mundum, nec quæ in Mundo sunt. Nec etiam, Rom. 12. conformemur huic Mundo. Sumus quidem in Mundo sed videamus, ne nos capiat Mundus. De Mundo namque nos selegit Christus, Ioh. 17. nec collocatit Mundū, ac si vellet nos in perpetuum hoc ergastulum detrudere, sed vbi terminum vite definitū ac præscriptum absoluerimus, tunc nos ex hac valle lachrymarum, ex Mundo hoc immundo, in quo extortes patria nostra fuimus ad tempus, ad se, tempore restitutionis in patriam veram cœlestem, vbi nostrum *πολιτευμα*, per Angelos, deduci curabit.

Quod faxit primò quoque tempore Deus vnus ac trinus, laudandus in sempiterna secula, Amen.

F I N I S.

THEMA XCII.

Heb. 9. v. 27. & 28.

Sicut statutum est hominibus, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatu

Xj 2

78

vt multorum peccata tolleret, rursus absque peccato conspicietur is, qui illum expectant ad salutem.

## DISPOSITIO.

Insignis habetur sententiola Syracidis septimo: **MORARE NOVISSIMA**, & non peccabis in aeternum. Inter nouissima autem quatuor vulgo recensentur, mors, iudicium extremum, infernus & vita aeterna. Cum igitur in praesenti textu offerant sese duo nouissima, videl. mors & iudicium, par est vt Syracidis consilio morem gerentes etiam memores simus horum.

Memoriam igitur horum hac concione restricturi sumus, duo tractaturi ex praesentis textus occasione.

1. Quodnam sit primum nouissimum, videlicet mors.
2. Quodnam sit alterum, videlicet iudicium extremum.

*Videamus.*

Loquitur hic textus de statuto seu de lege illa, quae posita sit omnibus, videlicet mors. Quibus verbis videtur respicere ad mandatum Dei primis hominibus positum, vt quocumque die comederint de arbore scientiae boni & mali, quam prohibuerat prius seueri, **MORTE MORITURI SINT**. Quibus verbis nihil aliud dicere videtur, quam quod Syr. cap. 14. v. 18: Antiquum hoc est foedus mortis, quod morieris.

Addit autem, semel tantum homini esse moriendum: scil. corporaliter tantum piis. (Loquitur enim de ordinaria via vniuersae carnis, sicut vocatur: Jos. 23. v. 14. 1. Reg. 2. v. 2. Nam illud extraordinarium est, si Lazarus & alij resuscitati ad terrenam vitam, denuo mortui sunt.) Sed videamus quomodo simile ad iustū recte applicari possit, quod tale est: vt omnes homines semel tantum moriantur: ita & Christus semel tantum sese obtulit vltro vt crucifigatur,

figatur, si  
se pro ali  
debiti, in fa  
Et hac vi  
paratis, ve  
ret.

Quo figu  
dam sit sine  
tem, qui in  
ne nobis ver  
Perrinet hoc  
talitem.

Quod om  
quia stipendi  
penalit, qua  
Erat locus e  
quasi aqua d  
mo qui vider  
ctis quidem p  
ex gratia rem  
sabeunda est.

Cum agi  
semper in flu  
1. 14. Reg  
coque qui  
fuerunt alii

1. Hic si p  
nissimorum,  
1. 9. & fiducia  
2. Con  
Christus mo  
stra vita est;

ei figatur, sed eo tamen discrimine, quod ille non pro suis sed pro aliorum peccatis, (sibi tamen imputatis) mori debuit, in salutem credentium

Et hac vice apparuit onustus peccatis mundi sibi imputatis, ut multorum, id est, credentium peccata tolleretur.

Quo significare vult: licet nobis omnibus moriendum sit semel, at tamen non ad eo horrendam esse mortem, quia in nostri gratiam & Christus semel mortuus sit, ne nobis vergeret naturalis & statuta mors in interitum. Pertinet hoc ad omnes eos quorum illum expectant ad salutem.

## LOCVS.

Quod omnibus moriendum sit. Idque certo certius, quia stipendium peccati mors, Roman. 6. quæ in omnes peruasit, quatenus omnes peccauerunt, Roman. 5. ver. 12. Extat locus egregius 2. Regum 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terra. Et Psalm 89. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Ac quia ne in sanctis quidem peccatum plane tollitur in hac vita (tameñ si ex gratia remittatur) idcirco sanctis quoque mors semel subeunda est

Cum agitur de vita longæva patrum ante diluuium semper in fine subiungitur: Et mortuus est, Gen. 5. Rom. 5. v. 14. Regnavit mors ab Adam, vsque ad Moysen in eos quoque qui non peccauerunt, ut Adam, id est, qui non fuerunt astricti speciali illi mandato de arbore, &c.

## V S V S.

1. Hæc si perpenderemus assidue, & recordaremur nostris morum, Syr. 7. tunc eaderet omnis superbia, Syr. 10. v. 9. & fiducia carnis, Jer. 17. v. 9.

2. Consolat onem etiam piis suppeditat, quod & Christus mortuus sit (non solum Nos) cuius mors nostra vita est, Phil. 1. Et quod non pro se, sed pro nobis sese

obtrulerit spontanee Hinc Paulus Rom. 5. v. 8. Commendat in hos Deus charitatem suam erga nos, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est, Joan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit non pereat, sed habeat vitam æternam.

3. Altera consolatio hæc est, quod SEMEL tantum nobis moriendum sit: secunda vero mors nullum ius in nos habeat Apoc. 10. v. 6. Si quidem in Dormino morimur. Apoc. 23. v. 13. id est, in vera fide Jesu Christi.

## II. Pars.

Post mortem IVDIC IVM, Et sic quisque moriens accipit iudicium suum, quod tamen in nouissima die, quando vniuersale iudicium exercebitur, palam reuelabitur.

Nota hic, Christus ut semel mortuus est, ita etiam semel ad iudicium comparebit, non quidem amplius omnibus peccatis, sed tum ipse iudicium faciet, & pronuntiabit de aliis, utpote absque peccatis solus comparens.

Nequaquam igitur iis, qui ipse priorẽ apparitionẽ seu aduentum (dum se sacrificium pro peccatis obtrulit) fide acceperunt, aduentus posterior ad iudicium formidabilis erit, sicut neque extremum iudicium ipsum: siquidem eredentibus venturus est ad salutem.

## LOCVS. I.

Locus de iudicio posset tractari generaliter, sed quia infra de hoc dicitur in Dispos. Themat. 98. ideo specialiter hic de eo agitur, quod scilicet illi soli feliciter Christi salutarem reditum, ad iudicium videlicet, expectabunt, qui priorem eius aduentum, mortem, seu vicissimam pro peccato vera fide amplexi sunt Luc. 21. Hi attollent sua capita, sciens appropinquare redemptionem omnimodam, ac nullum amplius hæsiturum in illis peccatum, quia per Christum tunc omnia abolita erunt plena regeneratione &

**THEMA XCH. EX NOVO TEST. 711**

& remissione, quia & reliqui hostes Christi & suorum po-  
nentur scabellum pedum, 1. Cor. 15. Psalm. 110,

V S V S.

Magnificamus igitur Christum sese offerentem pro  
nobis victimam pro peccato, utpote qui agnus Dei est,  
tollens peccata nostra Job. 1. Hoc fecit D. Apostolus Pau-  
lus, Christus dilexit me, & se dedit pro me, Gal. 2. vers. 20.  
Tunc expectatio iudicii condemnatorii ablata erit à no-  
bis, restante ipso Christo Job. 3. Qui credit non iudicatur.  
Marc. 16. Qui crediderit & baptizabitur saluus erit. Joh.  
5. Amen dico vobis, qui sermonem meum seruat, & credit  
in eum qui misit me, non venit iudicium, sed transiit à  
morte, ad vitam.

Locvs II. De iudicio hoc tantum breuiter notandum,  
Non finire omnem hominis actionem in morte [ sicut ac-  
cidit brutis ] sed restare iudicium post mortem. Et id qui-  
dem anima hominis impii statim sentit post mortem, iux-  
ta id Syt. 11. v. 29. quando moritur homo experitur quo-  
modo vixerit. Exemplo diues esto Luc. 16. de quo  
statim post sepulturam legitur, quod fuerit in inferno At  
gravior est illa horribilis expectatio Heb. 10. v. 27. iudi-  
cii venturii in die nouissimo; vbi implebitur illud Rom. 2.  
v. 8 semper itaque in auribus nostris sonet vox illa, surgite  
mortui, venite ad iudiciũ. De quo monet Salomon, Eccl.  
12. in fine. Et Paulus 2. Cor. 5. v. 10. Rom. 2. v. 16.

F I N I S.

**THEMA XCIII.**

Heb. 10. v. 39.

Nos autem non iustitiamus qui subducamus nos ad per-  
sionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitionem ani-  
mæ.

Yy 4 DISPO-

## DISPOSITIO.

Ex parabolis Matt. 13. discimus nunquam fore Ecclesiam absque putridis membris. quemadmodum nec ager sit, qui careat zizaniis. Id nouisse oportet omnes Christianos, ne fement in agris iniquitatis, sed potius filii Dei sese addicant, ut instar tritici tempore messis in horrea possint inuchi patris cœlestis.

Id ipsum nos claris verbis edocere vult Epistola ad Hebræos in prælecto Themate.

Nos primum quis germanus sensus sit horum verborum occasione funeris huius indicaturi sumus, deinde locos subnecturi.

*Explicatio Textus.*

Hebræi contumacissimi Euangelii hostes erant, studiosi iustitiæ externæ miscebant cœlum terræ. Inprimis autem Paulo infensi erant, quod legentium Apostolum appellaret.

Apostolus vero fratres suos iuxta carnem amabat ardentissime, nolebat illos perire, sed instruebat potius per præsentem Epistolam, quod nondum omnem de ipsis cōsuetuandis spem abiecerit, sed reliquias saluas fore, sicut Rom. 9. 10. 11. videre est.

At cum sciret Judæos magnificere Prophetarum scripta, adduxit etiam ex Habac. cap. 3. dictum consolatione plenissimum: **IVSTVS FIDE SVA VIVET: AT QVI SE SVB DVXERIT, EVM NON PROBAT ANIMVS MEVS.** Vult peritandum in fide, & afflictiones superandas esse spe & expectatione aduentus Domini.

Exiitum denunciat illis, qui deficiant à fide.

E contra animæ salutem his, qui cōstanter permansuri ad aduentum Domini, in patientia expectaturi sint adiutorem & liberatorem DEVM, qui mox aduenturus sit.

Vt autem illi, quibus Paulus scribit, norint, ad quam classem referendi sint, consolationem ipsis suggerit efficacit-

roffimam.  
dicamus no  
ne contrib  
Dii gratia  
ros mecum  
rum, qui ex  
struunt, sed  
gloriam anim  
lans, lalece  
que finem h  
Petr. 1. 7. 9.

Discimus  
nationem  
deficiens a fi  
quom.

Aletem  
tempelate

Heplum n

strant elassif

1. Tim. 4.

temporibus  
sileent à fid

estis classif

per viam lat

Matt. 2. 5.

Mar. vi

credi dy con

Quid disti

bus Adz. mi

Quid Pec

Quid latu

fles.

I. Nota

facissimam. scribens: *At non nos ex iis sumus qui nos subducamus ad exitium. Quare dicit: estote bono animo vos mei contribules. charissimi Judæi, auditores optimi. Nos Dæi gratia perstamus adhuc in fide, & in illa vivimus, vos mecum, & ego vobiscum, non sumus, ex grege illorum, qui ex pusillanimitate desperant & sibi ipsis exitium fruunt, sed potius sumus ex reliquiis Israelis, qui credunt ad salutem animæ. Nostri fides non est temporaria nec vacillans, labescens, multo minus deficiens sed est fides talis, quæ finem suum acquirit, salutem nempe animarum, 1. Petr. 1. v. 9.*

## L O C V S.

DISCIMVS hinc esse, fuisse, ac fore semper ad consumptionem usque seculi duo genera hominum. Vnum deficiens à fide, quod condemnetur, & in exitium ruat æternam.

Alterum persistens in fide, quod finem fidei acquirat, nempe salutem animarum.

Id ipsum nobis & dicta & exempla scripturæ demonstrant clarissime.

1. Tim. 4 v. 1. Spiritus diserte dicit, quod in postremis temporibus quidam à fide descendent. Si quidam tum descendent à fide. Ergo reliqui perseverabunt. & sic duæ diversæ classes, Matt. 7. Ambulabunt per viam arctam; & per viam latam, &c.

Matt. 2 5. Sistendi à dexteris, & sistendi ad sinistram.

Marc. vi. Quis credidit, &c. saluus erit: qui vero non credidit condemnabitur.

Quid discernit Abelum à Caino, quorum uterque est filius Adæ, nisi fides & incredulitas.

Quid Petrum à Juda, nisi fides.

Quid latronem à dexteris, ab illo qui à sinistris, nisi fides.

## V S V S.

1. Notanda hæc contra Papistas, qui volunt, nos du-  
Yy 5 bios

bios esse debere de finali nostra perseverantia: & vocant zemeritatem si quis certus esse velit de salute eterna. Contrarium docet epistola ad Hebræos: Se & auditores credere ad salutem animarum. Hac est *ἐπιβεβαιωσις* fidei Nequaquam fluctuemus instar fluctuum maris, & procellarum, &c.

2. Facit hoc ad consolationem etiam pro tentatis conscientis. Quod Deus neminem à salute eterna velit excludere, nisi quis per incredulitatem se ipsum excludat.

Joann. 3. Qui crediderit in filium, habet vitam æternam.

Joan. 6. Neminem venientem ad me eiiciam foras, venientem vero fide.

Joan. 7. Oves meæ vocem meam audiunt, (non orentes, sed fide accipiunt) & ego do eis vitam æternam.

Matth. 18. Non est voluntas patris mei, ut peccat vnus ex puillis istis, qui in me credunt.

Matth. 23. Exempla: Quoties (Hierusalem) volui te congregare, quemadmodum gallina conuocat pullos suos sed noluisti, Sic Iudas etiam non fuisset exclusus si voluisset redire cum Petro.

Osæ. 13. Israel perditio tua ex te: in me autè salus tua.

Abraham typus credentium, Rom. 4.

Non igitur nobis ipsis viam inexcudamus incredulitate, defectiōne, Apostasia, sed porius fidem nostram confirmemus auditu Euangelii oratione sedula ac ardenti & vtu sacramentorum vt fidem ad finem vsque retineamus & vitam æternam consequamur.

Qui namque ad finem vsque perseverauerit, saluus erit  
Matt. 10. v. 22 & 24. v. 13. AMEN.

### THEMA XCIV.

Heb. 11. v. 13. ad. 17.

*Hic omnes confessi sunt se hospites atque aduenas esse in ter-*

terra.  
me. Et si il  
pissili hab  
mlorem e  
re vsq; ipso  
du cian a ten

Narratio  
re a sseerolo  
sue adiant  
Nec sane  
libeat vsum  
trum robo  
Stautem  
probe munim  
io magis h  
& a sacri ser  
adserre pote  
Talis igit  
bona fide co  
ne paraphra  
doctinat u  
tente nobis

Hi omnes  
terra &c.  
Professio  
pctans in  
bet testimon  
le peregrinos  
terra promi  
a firmat, ni  
possidend  
sue ac mille.

in terra. Nam hac qui dicunt declarant se patriam inquirere. Et si illius quidem memores fuissent, unde fuerant profecti habebant oportunitatem reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est caelestem. Quapropter non erubescit ipsos Deus vocari Deus illorum. Parauerat enim illis ciuitatem.

## DISPOSITIO.

Narrationes rerum antiquis temporib. gestarum mire efficere solent hominum animos, siue eas ipsi legant, siue audiant tales recitari ab aliis.

Nec sane reprehendi potest lectio Historiarum, cum habeat vsum suum, ad alendam prudentiam exemplis veterum roboratam.

Si autem id facit quæuis historia circumstantiis veris probe munita, licet profana historia & author illius quæto magis historiæ narrationes sacræ à Spiritu S. dictatæ & à sacris scriptoribus exceptæ magnam nobis vtilitatem adferre poterunt.

Talis igitur eum etiam sit in nostro Themate prælectio bona fide consignata narratio: Ideoque eam continua serie paraphrasticè recitabimus primo: & cum multarum doctrinarum feracissima sit, aliquot hinc eliciemus, prælucente nobis & assistente gratia Spiritus Sancti.

## Paraphrasis.

Hi omnes profecti sunt se hospites & aduenas esse in terra &c.

Professio sanctorum patriarcharum, qua se hospites & aduenas in hac terra esse dixerunt, luculentum illis præbet testimonium insignis fidei quam habebant: quod licet se peregrinos agnoscerent, neque latum pedem possideret in terra promissa Canaan, vt Stephanus disertè. Actor. 7. affirmat, nihil tamen de complemento promissionum, possidendæ olim à posteris terræ benedictæ, & fluentis lacte ac melle, dubitarunt,

Quia

Quin potius ita futura fide firmissima amplexi sunt & mora patientes fuerunt, ut in ipsa illa fide, cum saltem eminus viderent promissa bona, morentur.

2. Nec solum peregrinos & aduenas se appellarunt, sed quassuerunt ipsi patriam & πολιτευμα. Non quidem in Chanaan: nec eo in loco, ex quo egressi erant: sed præditi fide heroica cognoscere potuerunt terram promissam ipsi ac posteris esse typum cœlestis patriæ, ratione cuius & ipsi & posteri in hac vita tantum peregrini & aduenæ sint.

3. Meliorem ergo patriam desiderarunt, ac illam ipsam cœlestem inquirendam esse cogitarunt, in qua subsistere possent, ac civitatis ius tanquam cœlestes ciues acquirerent ac possiderent apud Deum ipsam. De quo Phi 3. v. 20. Ideoque non desiderarunt redire ad illam patriam ex qua egressi sunt.

4. Cum igitur sic se gesserint patriarchæ de quibus sermo est, nempe Abraham, Isaac & Jacob, premiti loco id consequenti sunt, ut Deus illorum Deus non solum appellari voluerit. Exo. 3. sed etiam iis tanquam exulibus pariter civitatem ac patriam veram, in quam traderet, ut in ea suum πολιτευμα æternum haberent.

### LOC I.

DISCIMVS. 1. Quid sit vita nostra in his terris multi ignorant, & per hoc incidunt in varia mala, errores, & ἀπειριαν. Quid autem scriptura? peregrinationem vocat, vna voce omnia complectitur.

1. Sicut peregrinus ad certum locum tendit: sic nos ad mansiones cœlestes.

2. Ut peregrinus in aliena terra nihil proprii possidet: sic nec nos, Job. 1. v. 21. 1. Tim 6. v. 7.

3. Ut peregrinantes multis & variis malis obnoxii sunt, propter imbres, aduersam valetudinem, sitim, famem, &c. Ita & nos cum mille malis consistamur, cum Sarana, mûdo, propria carne, aduersa valetudine, &c.

4. Ut

THEMA XCIV. EX NOVO TEST. 717

4. Ut viator seu aduena non inuitus relinquit hospitium in quo duriter exceptus & male tractatus est: ita pii non inuiti excedunt ex hac vita, ceu malo diuerforio.

5. Peregrini nihil sinunt suum iter retardare: ita nec nos moras nequamus.

Vsvs. Horum consideratio facit nos 1. humiles, vt vtamur hoc mundo & rebus huius mundi, ne abutamur iis, 1. Cor. 7. veluti canes è Nilo festinantes dicuntur aquam gestare, ne in crocodilos incidant: ita veluti in transcurso, ad patriam cœlestem properantibus, opibus, honoribus, & aliis id genus rebus est vtendum.

2. Facit beneficos, vt peregrinantibus exhibeamus omnis generis beneficia, cibando, potando, & in nostras casas deducendo ad pernoctandum, Hebr. 13. Hospitalitatis ne sitis immemores: quæ commendatur nobis. Matth. 25. Marc 10. Esa. 58. v. 7.

3. Facit religiosos, vt cogitemus nec nobis manentem ciuitatem esse in hoc mundo, sed futuram inquirendam. Ideoque superiora querenda, Coloss. 3. v. 2. & relinquenda quæ à tergo, Phil. 3.

L. I. Quibus armis & quo viatico opus est in peregrinatione nostra spiritali? Id Patriarchæ nobis monstrat, scil. Fide opus esse. Vt autem peregrinus omnia sustinet causa patriæ, licet multa sibi aduersentur: Ita multo magis Christianus veræ ac cœlestis patriæ amore flagrans, eoque magis quia patriam eminus vider, (Fides namque est demonstratiua [ἐπιδεικτικῆς] eorum, quæ non videntur. Hebr. 11. ver. 1.) strenue pergere debet per asperam & arduam viam quæ ducit ad portas cœli, Matth. 7. v. 13. Fides est nostra victoria, qua vincimus omnia obstacula nos à patriæ ingressu remorantia, 1. Joh. 5. v. 4. Ideo Paulus hortatur Timotheum, 1. Tim. 1. v. 9. serua fidem & bonam conscientiam. Beati qui credunt quod non vident, Joh. 20. Roman 4. Credidit Abraham Deo: Contra spem in spem. v. 8.

Vsvs. Solemur & nos & alios hoc argumento: Fides est,

est, quod non vides. Credenti omnia possibilia, Marc. 9. possumus transferre per fidem montes afflictionum, per quos ascendendum nobis ad patriam, Matt. 21. Marc. 11. Joh. 1. Dedit namq; Deus potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Filii autem Dei sunt hi, qui patriam inquirunt, vera fide, quam habent in spe. Rom. 8. v. 24.

L. III. Quis finis & quæ præmia, Fide peregrinationem suscipientibus?

1. Deus vult illorum Deus esse. Si autem Deum habemus, qui est sicut Schaddai, Gen. 17. Is suorum protector & vindex est dum affligantur, Gen. 12. v. 3. Exempla, Jacob, Joseph, Paulus, Petrus, Daniel.

2. Dat Deus tandem per angustam vitam ad se tendentibus [Matt. 7.] civitatem & patriam iam olim paratam animabus & corporibus, Matt. 25. Venite benedicti, possidete regnum paratum ab initio, Joh. 14. Mansiones paratæ.

VSVS. His animati inuestigemus vera fide *viam* quæ Christus est, Joh. 14. vt & *idipsum*. Fidem hanc audita verbi confirmemus & sacramentorum vsu corroboremus, in hac perseveremus ad finem, vt cum Paulo vere possimus dicere, 2. Tim. 4. Bonum certamen certavi, *cursum eorum summaui, fidem seruavi*, &c. Tunc certe cœlesti. solua introducet nos in terram promissam & benedictam, nempe Chanaan cœlestem, patriam exoptatissimam, *vitam scilicet aeternam*, &c. AMEN.

### THEMA XCV.

Heb. 13. v. 14.

*Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.*

### DISPOSITIO.

Ituri peregre non considerant tantum vnde egrediantur, sed & potius quonam eundum, & quomodo iter institi,

nitendum  
bus via leri  
nde: dice det  
quendum.

Cum aure  
consulamus  
valde appo  
1. Civitate  
1. Futuram  
Illam relin  
tu necessarium

Tit mentio  
nos, nec illa  
namque in  
bit, nos vero  
ergatalo ve  
nitimus. Ac  
grandum est  
Quia nobis  
esse posse

Dilectum  
troles esse,  
per hos piri  
Peregrin  
tant, cogita  
nem via em  
fram sedem  
nem. Sciant  
com aliis d  
ribus.

Verum h  
sed & aliis p  
nonis

in situendum. Id ipsum nobis Christianis viatoribus, quibus via lethi semel calcanda, pensandum est, ubi simus, vnde discedendum, & quo versus iter dirigendum sit, inquirendum.

Cum autem quilibet sibi pessimus consultor sit, agere consulamus scripturam, monstratam nobis breui, at tam è valde apposita similitudine, hæc duo:

1. Ciuitatem ex qua egrediendum.
2. Futuram in qua manendum.

Illam relinquere, hanc inquirere docet. Verumque scitu necessarium.

### I. Pars.

Fit mentio ciuitatis quæ non manens dicitur, quia nec nos, nec illa, manebit in hoc statu corruptibili. Terra namque in qua hospitium ad tempus habeamus, transibit, nos vero per mortem euocari egredimur, tanquam ex ergastulo vel hospitio incommodo, in quo duriter tractati sumus. Ac licet inuiti egrediantur nonnulli, tamen migrandum esse, Domino nos euocante, hoc loco innuitur. Quia nobis aperte significatur, nemini fixam sedem hic esse posse.

### L O G V S.

Discimus, nos omnes in lachrymarum valle non nisi exules esse, ac peregrinos, quos præfens hæc ciuitas ad tempus hospitio excipiat.

Peregrinorum vero status est, vt semper locum mutant, cogitantes interim, quantum viæ sibi restet, & quantum viæ emensi sint. Interim non sibi præmittere possunt fixam sedem in diuersorio sed solummodo, pernoctationem. Sciunt rursus peregrinandum, & relinquendum locum aliis diuertentibus ibidem, & aliquandiu subsistentibus.

Verum hoc esse, non solum præfens locus testatur, sed & aliis passim, Genes 47. versicul. 9. dies peregrinationis

1. Par. 30. v. 15. Sumus peregrini & hospites, vt & omnes maiores nostri.

2. Cor. 5. v. 6. Peregrinamur à Domino.

1. Pet. 2. Omnes suos auditores vocat Petrus aduenas & peregrinos.

Exempla comprobant patrum, Heb. 11. v. 12. qui cōfessi sunt se esse hospites & peregrinantes in his terris.

Dauid de se Psal. 29. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicuti omnes patres mei.

Rursus Psalm. 119. v. 19. Sum sicut hospes & aduena in terris.

## V S V S.

Admoniti igitur simus, vt probe consideremus, nos extorres patria esse & in terra peregrina vagari. Ista consideratio utilis erit ad multa.

Quemadmodum enim peregrinus bene se gerit in hospicio, ne eiciatur, sed potius bene excipiat: Ita nos abstineamus à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus carnem, conuersationem habentes bonam inter gentes, 1. Pet. 2. v. 11. & 12. Secundo peregrinus se non ingerit alienis rebus in itinere; Ita & nos faciamus iuxta id 1. Cor. 7. v. 31. Tertio contenti simus si habeamus amicum & victum. Nudi namque in hanc terram venimus, nudi abituri sumus, 1. Tim 6. v. 7. 8 Sic Hiob. c. 1. fatetur.

Plura vide Disposit. præcedenti 94.

## II. Pars.

Cum igitur simus hospites, & non habeamus hic manentem ciuitatem, an non etiam vel tandem eo venire possumus, vbi habituri simus patriam seu ciuitatem manentem? Imo maxime. *Inquirenda est autem, quia non in his terris est, & sedulo aspirandum ad illam.*

Et nos quidem in hac caligine mentis nunquam eam inueniri essemus ex nobis: at præuia scriptura, quæ est lucerna pedibus nostris, & comite, imo ductore Christo inue-

uestigare  
ratem &  
patriam in  
eternum  
ne, Joh. 12.  
Perrupio  
sum, Job. 17.  
FVTRA  
profici potest  
Adumbratio  
etiam ex pat  
uum celum  
math. 5. Cœ  
tum, Psal. 1

Quam  
cui cui vide  
Fili hui  
quam nidos  
uitatem seu  
ez 12.

Secus vero  
qui sciunt or  
alia esse: 7  
Fili hui  
concupiscen  
Fili vero 2  
had futura d  
13. Col. 3.

Neigitur  
is mundi fu  
nimus qua  
essant, cui  
Nec accomu

investigare illam possumus. Qui enim Thomam querentem & inquirentem viam ad mansiones æternas & patriam instruxit, Joh. 14. v. 6. Is ipse & nos manu ducit etiam nunc, modo sequamur dictum illius. Traham ad me, Joh. 12. v. 32.

Pertuptor ante nos ascendit, Mich. 2. vers. 13. Vbi ego sum, Job. 1. 7.

FVTVRA illa ciuitas nondum in hac vita perfecte cognosci potest, quia nullus oculus vidit, nec auris audiuit. Adumbratur autem nobis, & in verbo ceusæculo inspicimus ex parte, dum vocatur cœlestis Hierosolyma: Nouum cœlum & terra: Ædificium à Deo extractum, 2. Corinth. 5. Cœlestis Paradisus: Ciuitas Dei: Terra viuentium, Psal. 116.

## L O C V S.

Quænam sit differentia inter filios huius & alterius seculi cui videmus hoc loco.

Filii huius seculi ædificant ciuitates, palatia, arces tanquam nidos suos, ac vnice cupiunt habere manentem ciuitatem seu terrestrem paradysum. Exemplo diues, Lucæ 12.

Secus vero filii lucis seu alterius ciuitatis inquisitores, qui sciunt omnia hic caduca, tantum terrena & temporalia esse: *τινὸν μὲν* vero in cœlis esse, Phil. 3.

Filii huius seculi vtuntur hoc mundo, & carnalibus concupiscentiis, 1. Joh. 2. v. 16. indulgent.

Filii vero alterius obliuiscuntur eorum quæ raro sunt, & ad futura & insequentia oculos suos dirigunt, Phil. 3. v. 13. Col 3. v. 2. & tanquam ad scopum collinant.

## V S V S.

Ne igitur aberremus à ciuitate inquirenda, omnia huius mundi susque deque faciamus, regnum Dei & iustitiam eius quaeramus, Matth. 6. vers. 33. Ac si nobis diuitiæ affluant, cauamus, ne cor apponamus, Psalm. 62. vers. 11. Nec accommodemus nos huic seculo, Roman. 12. vers. 2.

Z z

Non

Non estis de mundo, Joh. 15. utere mundo, sed vide ne capiatis à mundo, 1. Cor. 7. v. 31. Tum exitus noster ex hoc mundo erit introitus in patriam cœlestem. Rogandus dominus sponfus, vt nos mox ad æternas nuptias introducat, Matth. 25.

Canendum cum ecclesia sponsa Christi Cantic. 1. v. 4. Trahe me post te, curremus post te. Etiam veni Domine Jesu, Apoc. 22. in fine AMEN.

### THEMA XCVI.

Apocal. 7. v. 16. 17.

Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol neque vllus aestus. Quoniam agnus qui in medio throni est, pascet illos & deducet eos ad viuos fontes aquarum, & abster surus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

### DISPOSITIO.

Inter officia Christianorum, maxime vèro Pastorum, non minimum est *consolari*. 1. Thess. 6. v. 14. Consolantur autem non modo priuatim ægrotos, pro varietate afflictionum quarumuis, præsertim spiritualium: verum etiam publice, quando finem scripturæ explicant, qui habetur Rom. 15. v. 4. Cum vèro & hæc afflictio sese offerat viuis & obitum suorum lugentibus, qualis defunctorum status futurus sit post hanc vitam: hic quoque firmo solatio opus erit.

Quia igitur in subsidium viuorum funera comitantium habentur conciones funebres, vt consolationem quoque accipiamus, dum erudimur, quod non male cum defunctis agatur. (ad quem scopum etiam collimat prælectus textus) agite de his rebus sermonem instituemus & dicemus:

1. Quanta sit defunctorum felicitas.
2. Vnde illis tanta felicitas,

I. Paris.

## I. Pars.

Veretes Ecclesiastici scriptores, vt & moderni vnanimiter fatentur, quod in describenda fœlicitate piorum in altera vita potius sciamus, quid non sit, quam quid sit; quia oculus non vidit, auris non audiuit, Esa. 64.

Sic quoque Joanni Theologo reuelatę sunt visiones, vt nobis reueler potius, quid non sit, quam quid sit. Ineffabilis enim & inæstimabilis est fœlicitas illa.

Ideoque dicit hic Joannes de electis, qui pro nomine Christi persecutionem sustinuerunt, quod fœlicitas eorū in hoc consistat, videlicet, *non esurient neq; sitient amplius, nec cadet super illos Sol, nec ullus aſtus*: imo & lachrymę abstergentur.

Comparisonem instituit Apostolus vitę huius ærumnosę, & alterius felicitis ac gloriosę

1. In hac vita esurimus. Non solum pauperes qui non habent, vnde panes emanat, sed & diuites, qui tempore famis non possunt comparare pro præsentibus nummis vitę huius.

In primis id vsu venit in obsidionibus vrbium, in castris militaribus ob commearuum interclusionem. Nec vero hos, sed & eos, qui domi in pace decumbunt, ob accedens quoddam morbi esuriam pari necesse est.

In altera vero vita corpora nostra non indigebunt amplius cibo, quia nec esurient amplius. Non sentient aliquid mali.

2. In hac vita sæpe incensum flagrat cor siti, vt lingua adhæreat palato, vtque vix loqui præ ariditate gutturis valeamus. Hęc qualis sit passio ac afflictio si optime norunt, qui per loca arida & æstuantia tempore æstatis iter faciunt, vbi nullum flumen, non rivulus vel puteus præsto est, vnde sitim restinguere possint.

In militia, & locis siticulosis, regionibus scilicet calidissimis, sæpe multi occumbunt ob penuriam aquarum. Vide quid Sifaræ sitienti acciderit, Jud. 15. vers. 8. Maior vero afflictio, si ad manum est aqua, & hanc non

possumus per guttur dimittere, nec internam sitimrefringere.

In altera vero vita, vt nec esuries ita nec sitis pios vexabit, sed bibent nectar illud immortalitatis, accubituri in regno Dei, iuxta promissionem, Luc. 22. v. 30.

3. In hac vita sæpe de die Sol nos adurit, æstusque immensus nostra corpora ita affligit, vt marcida ac flaccida tantum non collabuntur; imo sæpe mortem accelerat æstus solis. Vide Job. 7. v. 2. Vmbra quærit mercenarius. Moritur puer Sunamitidis nimio æstu, 2. Reg. 4. v. 19. Vide Jonam, Jon. 4. v. 8.

In altera vero vt nec Sole externo opus erit, ita nec æstum vllum pati sentient: sed vbi per ignem & aquam tribulationis transierimus, Psalm. 66. v. 12. perueniemus in refrigerium cœleste ac spirituale, in quo lucebit Sol iustitiæ Christus.

4. In hac vita lachrymas profundimus, quamdiu per vallem lachrymarum peregrinamur, Psalm. 84. Prima vox fletus, Sap. 7. v. 3.

*Est quadam flere voluptas:*

*Expletur lachrymis egeriturq; dolor.*

Plorabitis & lamentabimini, Joh. 16.

Fleuit Christus, Luc. 19. & Joh. 11. Fleuit vidua in Nain. Luc. 7. Fleuit etiam David Heros, in maxima perturbatione, 2. Sam. 12. & 15 v. 30.

In altera vero vita absterfurus est Deus omnem lachrymam ab oculis piorum.

Sensus horum omnium & summa summarum est: Nihil profusus felicitatis piis deerit: neque quidpiam calamitatis eis accidet. Non dolor non luctus, Apoc. 21.

#### LOCVS.

Qualis status futurus sit piorum in altera vita? Longe videlicet optimus & felicitissimus, vbi nihil eorum desiderabitur, quibus in hac vita indigemus, & magno sæpe cū dispensio earemus, mala aberunt, quæ in hac ærumnosa vita homines perpetuo tolerare ac perpeti coguntur.

In

In summa status erit omnium bonorum copia seu aggregatione perfectus ac plenus. Oculis non vidit, Esa. 64. Hinc felicitas piorum seu æterna vita vocatur, Psalm. 16. Abundantia deliciarum, seu plenitudo & saturitas omnium rerum expectandarum.

Christus exit omnia in omnibus, 1. Cor. 15. Videbimus Deum facie ad faciem, 1. Cor. 13. 1. Joh. 3.

## V S V S.

Mirum profecto, si vel ad vnicum momentum nedum diem vel horam cupiamus differre, aut prorogare terminum vitæ nostræ miseræ, cum à Domino auocatur. *Wer ist sonst genugsam da ein Hungergrub ist?* Nemo delectatur locis aridis vbi non est aqua, aut vbi aqua est amara, aut limosa, aut male olens, aut sanitati inconueniens: sicut 2. Reg. 2. 19. Curigitur hic morari cupimus?

## II. PARS.

Rationem reddit Joannes, cur illi, qui persecutionem passi sunt, atq; fortiter sustinuerunt in his terris æstum solis, famen ac sicim, porro futuri sint immunes ab his calamitatibus in altera vita scilicet. Quoniam *Agnus pascet eos* qui stabunt ante thronum gratiæ hoc est, *Filius Dei*, qui in medio throni (ceu Rex aliquis in sui regni medietate gubernat & administrat omnia, cuius de victu iuter cætera pspiciens) nos in cælestes Dei patris mansiones trãslatos, faciet cohæredes æternorũ bonorum patris sui, disponens nobis regnum cæleste ceu legatum promissum in nouo testamento, & sigil sacramentorũ confirmatum, vt sedeamus cum illo, edamus & bibamus, perfruentes delitiis cælestibus in perpetuum.

Verba hæc alludunt ad Psalm. 13. Dominus parauit in conspectu meo mensam aduersos eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quam præclarus est, &c. Deinde: quemadmodum agnus factum vberibus suis cibatur & potatur: sic Christus agnus

suos electos recreabit, cibabit, & potabit affatim, qui pendebunt ab ipso. Addit præterea: deducet eos ad viuos fontes aquarum: his verbis rursus alludit ad Pastorem, qui non solum pascit oves, sed & ad aquas limpidas ducit refectiois loco, ne fitis ardore contabescant, Psalm. 25. Ita Christus suos eo deducet vbi *fons aqua viva* erit splendidus, tanquam crystallus procedens de sede Dei, & agni, Apoc. 22. v. 1.

## V S V S.

Discimus, verum esse, quod Rom. 8. Paulus ait, non reputo pares afflictiones esse huius vitæ ad gloriam illam, quæ reuelabitur nobis illic. At vnde id accidit electis? à Christo ab agno. Qualis illa gloria futura sit, adumbrat nobis hic textus sub similitu diuæ epulæ splendidæ, vbi abundantia victualium & poculentorum, Quis autem instruit mensam? Christus.

De hoc conuiuio etiam Esaias scribit, Esa. 2. vers. 6. Faciet Dominus exercitum omnibus populis conuiuium pinguium medullatorum, ac vini defecati. Ibi certe de regno Christi vaticinatur.

Computatur istud gaudium seu felicitas alterius vitæ nuptiis Psalm. 45. Matt. 22. & 25. & Apoc. 19. Nuptiæ agni describuntur. Vbi omnia Christo tribuntur. Quia tum agnus seu sponsus suam sponfam deducet secum in patriam, vbi cohabitatio posthac seu mansio erit perpetua, &c.

Vsus huius loci est. 1. Vt grati simus agno, Christo nostro, qui tulit peccata mundi, Joan. 1. Et nunquam obliuiscamur horum beneficiorum.

Et quomodo vnquam dignas cantabimus agno nostro Jesu Christo laudes? Qui vero cum agno ambulare volunt, vestiantur albis, id est, studeant pietati innocentia. Vide Apoc. 3. & 7. v. 9. & 14. 15. &c.

2. Facient etiam hæc, vt patienti animo feramus pon:

pondus atque æstum dici, seu temporis huius & vt libenter famem ac sitim toleremus: sicq; Christum agnum nostrum imitemur, de quo Esa. 53. v. 7. Nam abunde compensabuntur nobis omnia in altera vita, Psal. 36. v. 9. Filii hominum inebriabuntur ab vbertate dom<sup>o</sup> tuæ & torrente voluptatis eos potabis, quoniam apud te est fons vitæ, &c.

Simile. Viator seu tabellarius principis alicuius, qui in itinere æstum rulit, vt siti & fame fere contabuerit, quando venit in arcem, & affatim illi cibus ac potus apponitur tum non amplius pœnitet illum exantlatorum laborum; quanto minus pœnitebit nos in valle lachrymarum sustinuisse aliquid mali, fame ac siti laborasse, qui in regno gloriæ accubituri sumus cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo perfruituri cœlestibus epulis, Luc. 21.

F I N I S.

## THEMA XCVII.

Apo. 14. v. 13.

*Beati mortui qui in Domino moriuntur amodo: Etiam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.*

## D I S P O S I T I O.

Meliorem esse diem mortis die natiuitatis Salomon sapientiæ nomine clarus scriptum reliquit, Eccl. 7. v. 2.

Id licet videatur absurdum esse, quia maius gaudium nato homine Joan. 16. v. 21. suboriri solet, quam mortuo & sublato eodem: attamen in rei veritate, dies mortis longe præferendus est diei natiuitatis: Quia per natiuitatem in vallem lachrymarum venimus, vbi luctus semper luctum ac dolorem excipit. Contra vero Joannes testis est, quod per mortem pii (de quorum obitu hic sermo est) promoueantur ad longe feliciorum statum, quam qui sicut in hac vita.

Itaque cum magnus ille Joannes, imo Angelus Dei,

Zz 4

non

non solam simpliciter, sed & interposito iuramento affirmet, quid de piorum morte sentiendum sit, illius verba fide digna ad stateram sacrosanctæ scripturæ appendamus & sensum eorum exponamus.

Tria autem potissimum ponderanda erunt in hac sententiola.

1. Quomodo de mortuis Johannes pronunciet, quod sint beati.
2. Hic vere inuestigandum, de quibus mortuis hoc pronunciet idem.
3. Vtrum huic promissioni fides adhiberi possit.

*I. Pars.*

De mortuis hic pronunciat Joannes, quod sint beati: Et qualis illa sit beatitudo mortuorum, per requiem à labore explicatur. Quis labor ille sit nemini obscurum esse potest.

Psal. 90. v. 10. quod pretiosum est, labor & dolor est.

In labore & dolore nascimur.

In labore & dolore educamur.

In labore & dolore paramus victum.

In labore & dolore facimus officium, magistratus, cōtionatores, patres familias. Breuiter Genes. 47. Dies pauci & mali, inquit Jacob. Hinc dicitur Psal. 84. per vallem lachrymarum ambulare. Respectu huius infelicitatis magna beatitudo est requies à labore hoc: de quo Apocalypsis hic loquitur.

Postquam enim vita hac laboriosa functi sumus & multas molestias deuorauimus, rude donamur & requiescimus. Corpus quidem in cubili sepulchri quod dormitorium nostrum est, Esai. 56. in sine. Anima vero quæ tela ignita Satanæ sensit, & corpore ceu onere grauata fuit, liberatur hoc onere & labore. Animæ enim nullum tormentum pariuntur, sed potius veniunt in requiem & refrigerium. Psalm. 66. Postquam transiere per ignem & aquam tribulationis, Sap. 3. v. 1. In manu Dei.

Locvs,

Videmus  
qualis stat  
tam? Non  
longiorem  
ad æternum  
mus curru  
lam inceda  
bus recipia  
non opere  
1. Cor. 11. v  
gloria. Rom  
piemus Joh  
mus, Esai. 6  
fame inuit  
rum, abut  
ius vitæ,  
Conso  
turno mo  
sustinueru  
solationem  
amplius d  
sed pñi sine

Quibus  
udo: his q  
In Domi  
pro Domi  
nostram est  
qui ipius  
se dilection  
cimur, in o  
spectalle

## L O C V S.

Videmus quam bene agatur cum defunctis. Et quis seu qualis status sit post hanc laboriosam & irrequietam vitam? Non existendum quod ex inquietudine breui in longiorem perueniamus: non quod ex labore temporali ad æternum & infinitum ducamus. Non quod hic trahamus currum, illic plastrum. Non quod ex Charybde in Scyllam incidamus. Sed sciendum quod pro exanilatis laboribus recipiamus præmia nobis promissa, & in hac vita, fide non opere percepta. Hic salui sumus, sicut illic res, Rom. 8. 1. Cor. 13. v. 12. Joh. 3. v. 2. Afflictiones recompenfabuntur gloria. Rom. 82. Cor. 5. Pro tristitia & luctu gaudium recipimus Joh. 16. Pro lachrimis & planctu iubilata læta canemus, Esa. 6. Pro siti habebimus fluxum aquæ viuæ. Pro fame inuitabimur ad nuptias agni. Pro defectu terræ eorum, abundantiam cælestium bonorum. Pro tenebris huius vitæ, lucem sempiternam, Sole longe splendidiorem.

Consolatio est pro illis qui constiterunt cum diuturno morbo, vel à mundo, carne, Diabolo afflictionem sustinuerunt & *παρρησιάζονται* illorum experti sunt. Hi consolationem habeant, quod in restitutione omnium nulla amplius *ἀνάστασις* futura sit, ut malis bene & bonis male sit: sed pii sine ingressuri in requiem sempiternam.

## II. Pars.

Quibus vero mortuis promissa est felicitas seu beatus tudo: his qui in DOMINO mortui sunt.

In Domino autem mori, hoc est, 1. Christum in hac vita pro Domino vitæ, & mortis agnouisse, & ipsius mortem, nostram esse vitam, ipsius resurrectionem, nostram esse, quia ipsius capitis membra sumus. 2. Fidem hanc exeruisse dilectione proximi, ex qua veri discipuli Christi agnoscimur, in officiis vocationis sedulè fuisse. 3. Ac in patientia expectasse terminum à DOMINO præscriptum, sicque in

Domino exhalasse animam, & spiritum tradidisse Deo qui ante dederat.

Hæc sunt illa opera, quæ sequuntur mortuos in Domino: id est, quamvis bona credentium opera mundus ingratus nec agnoscat, multo minus remuneretur: tamen præmia liberalissima in cælis propter Christum ipsos manent, quæ accepturi sunt, ex manu Dei, videlicet coronam immarcescibilem gloriæ, 1. Pet. 4. v. 4. Sunt enim hæc opera fidei testimonia.

## L O C V S.

Discimus non omnium mortuorum eandem esse sortem. Qui enim vixerunt tanquam pecora campi, Deum neq; cognouerunt, neq; glorificauerunt, ii nequaquam participes sunt beatitudinis, neq; pro beatis sed damnatis habendi. Quia in impietate & impatientia perseuerarunt ad finem vsque vitæ, sicque non in Domino mortui sunt. Quorsum namque arbor cadet, siue ad meridiem, siue ad septentrionem, ibi iacebit, Eccles. 11. Qualia quicque serit, talia & metet, Galat. 6. v. 7. Qui bene egerunt ibunt in vitam æternam; qui vero male, in ignem æternum. Joan. 5. v. 29.

## V S V S.

Opera igitur danda est sedula nobis, vt Domino viuamus, vt & Domino mori possimus. Rom. 14. v. 8. *Dann es hust, wol gelebt, wol gestorben.* Qui Domino viuunt, Domino moritur.

Opera vocationis sedulo perficiamus, fidem & conscientiam bonam retineamus, 1. Tim. 1. v. 19. Sim<sup>9</sup> in officio nostro serui fideles. Matr. 25. ver. 23. facientes voluntatem Domini, Luc. 12. v. 48. Sicut enim in Domino mortuis bene erit, sic vicissim male his, qui non in Domino mortui sunt, id est, qui impenitentes manserunt non conuersi ad Dominum, non piis precibus animam commendauerunt.

III. Pars.

## III. Pars.

Num vero etiam certo expectanda imo accipienda beatitudo iis, qui in Domino mortui sunt? ita certissime. Nam diploma adest, & vox de cælo hoc affirmat. Imo tota diuina maiestas Joanni mandat, scribe. Vult vt hæc consignata literis cedant ad consolationem piis.

Ex abundantanti etiam sigillo confirmatum est Diploma diuinum, videlicet iuramento hoc diuino, quod est, Etia, vel Amen. *Ja/ vnd es soll Ja bleiben.* Sufficere quidem deberet quod Apostolus Joannes hæc scripsisset ex Angelo audita, sed ò nos terque beatos, quorum gratia diuina Maiestas iurat. Nequaquam igitur habemus causam dubitandi de veritate illius promissæ beatitudinis & requiei venturæ.

## L O C V S.

Habent hic omnes Christiani certum *antidotum* contra metum mortis & insecutum iudicij extremi. Nam natura hominis & piissimi horret mortem, (imo & Christus ipse in Oliuero) quia per peccatum à Diabolo est introducta. Sap. 2. ver. 24. Ideoque carni & sanguini mors & omnium terribilium terribilissimum.

At hinc habemus signum certissimum *φιλανθρωπίας* Dei, qui nobis prouidit de æterna vita, antequam nati sumus, & antequam mortem gustauimus: scilicet ne in ipsa morte despondeamus animam, vel saltem dubitemus de statu futuro.

## V S V S.

Hoc igitur diuinum medicamentum ex pharmacopœiæ cœlesti transmissum firmissima fide recipiamus, & tū in vitam in agone eo utamur, tanquam præsentissimo & probatissimo antidoto. Nam sicut aliæ promissiones Dei nos non fallunt nec decipiunt ( siquidem omnes in Christo sunt etiã atq; Amen. 2. Cor. 1.) ita nec hæc decipere potest,

potest, quam Ioannes excipit calamo, & in monumentum perpetuum inseruit scripto suo Apocalypico.

*Questio.*

Sub finem etiam moueri *Questio* potest, quando mortui in Domino veniant ad beatitudinem seu requiem à laboribus? Ad hanc respondet vox spiritus, *Απαξι*. A modo id est, absque vlla mora, vel temporis interuallo anima pie defuncti recipitur à Deo, iuxta id, spiritus redit ad Deum, qui dedit eum, *Ecc 12. v. 7.* Ideoq; Christus ad conuersum latronem dicit, hodie mecum eris in Paradiso, *Luc. 23.* Lazarus statim in sinum Abrahæ deportatur, *Luc. 16.*

Extinguitur igitur hac vocula error seu figmentum *Pa-*  
*pistatium* de purgatorio. 2. Eorum qui statuunt animas diu-  
uerrere apud S. Michaelem Archangelum: vel vagari in  
terris post mortem. 3. Tandem & eorum qui statuunt a-  
nimam corpore solutam dormire, vsque ad iudicium ex-  
tremum. Contrarium patet exemplis supra allegatis, *La-*  
*zari* & *latronis*, *Mosis* item qui mortuus est, sed cum *Elia*  
apparuit in monte. *Matt. 17.*

F I N I S.

T H E M A X C V I I I.

Apocal. 20. v. ad 15.

Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & calum & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu Dei & libri aperti sunt. Et liber alius apertus est, qui est vita & iudicati sunt mortui ex his que scripta extant in libris secundum opera ipsorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erant. Et mors & infernus dederunt eos qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis iuxta opera ipsorum.

DISPO.

## DISPOSITIO.

Quemadmodum ex flosculis araneæ virus, ex iisdem vero apes mel colligere student: ita hæretici ex scripturæ capitibus nil nisi hæreticas & præconceptas opiniones, orthodoxi vero articulos fidei conformes confirmare studiose satugunt. Id ipsum accidit huic cap. 20. Apoc. vn. de Chiliastræ hæresin, nos vero auriculum fidei extruere annitiamur.

Descriptionem namque hic textus continet extremi iudicii, additis circumstantiis tribus, quas ponderare volumus.

1. Iudex ipse sedens pro tribunali seu throno.
2. Homines iudicandi.
3. Norma iudicii.

Iudex longe gloriosissimus & maiestate ac potentia celebratissimus describitur, quod sedeat super thronum candidum ac magnum. Similitudo petita est à iudicibus quibusdam terrenis, qui iudicaturi conscendunt solum erectum à cæteris subfelliis altitudine distans.

Quemadmodum vero illa tribunalia cæteris præstât, quæ confecta sunt ex ebore candido, fulgorem emittunt, ac nitent. Ita huic nostro iudicio *sedenti*, ad iudicandum paratissimo attribuitur *Thronus candidus*, respiciendo ad clarificationem glorificati corporis eiusdem, & denotando iudicium eius fore candidum seu syncerum. Maiestas vero *iudicis* sedentis consimiliter adumbratur, quod ab eius conspectu sint fugitura terra & *caelum*, vtpote terræna corruptibilia, locusque eis non amplius futurus sit, hoc est, quod consistere amplius non possint, sed præsentia eius igni consumenda & conflagratura sint. De quo vide 2. Pet. vlt. cap. v. 10. & 12.

## LOCVS.

Articulus fidei nostræ Christianæ, inde venturus est ad iudicandum, hic sedem suam habet, nam dum iudex est, non

non habebit iudicis nomen absque iudicio. Vnico autem ex hoc loco id non comprobaretur, nisi & aliis clarioribus testimoniis id altrui posset, præsertim in N. Testamento, Joan. 5. v. 22. Pater neminem iudicat, sed omne iudicium filio tradidit, ibid. v. 27. Dedit illi (*Filio*) potestatem iudicium exercendi, Matt. 23. v. 31. Cum veniet filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super solium gloriae.

2. Tim. 4. v. 1. Christus Iesus iuxta suam apparitionem iudicaturus est. Facit hoc ad convincendos Epicuri porcos, qui ut nullum iudicium restare putant, ita nec iudicis præsentiam exhorrescere solent, sed in diem viuunt, cuticulam suam curant, cœno carnalium voluptatum inuoluunt.

Derident Pastores, cum mentionem faciunt, & iudicis & iudicii extremi, illud exhalantes ex spurco ore: *Nâttet wir Gedsen gung zu zehlen bis dahin tompf. Wer weiß obs wshar ist.*

Tales describit liber Sap. cap. 2. & Petrus 2. Pet. 3.

Facit porro & ad erigendos & consolandos pios, qui gemunt sub cruce & pressura huius mundi, desiderantes desiderio maximo aduentum gloriosum Christi ad iudicium, spem eorum non fore euandam, sed *ueniens, ueniet*, licet moram faciat, Hab. 2. 2. Pet. 3. v. 9. 10.

Attollant igitur capita sua. Luc. 21. cupientes videre fratrem *iudicem*, remuneratorem.

## II. Pars.

Vidit porro Johannes non solummodo *iudicem* sedentem super solium candidum, sed & *stantes in conspectu Dei*: id est, ii qui à condito mundo diē suum obierunt, & delituerunt sub puluere terræ (Daniel. 12.) euigilaturi sunt & comparebunt ante tribunal Dei. Mors illos non poterit tenere amplius siue in aquis seu mari, siue in corde terræ iacuerint. Quos autem vel quales vidit *stantes* coram conspectu Dei. *Puissilos & magnos*, id est, qui viles & abiecti in hoc mūdo fuerant: & qui in magna authoritate constituti fue-

si fuerant,  
qui quidem

paruerant.

Dilectum

que compa-

int. Episco-

Nemo p-

apicus, p-

res ipsius

absque

Act. 17.

ib Oriente

quatuor ve-

Mat. 23.

1. Cor. 5.

tribunal C-

potē siue

omnium

Cum

comparen-

que excipe-

re vel veri-

potius sen-

mortui ad

iudicabit.

comparete

Norm

Joanne

trai ex his

rum,

ti fuerant. *Pueros & magnos*, id est, iuniores ac seniores, qui quidem mortui fuerant, sed & rursus suscitati comparuerant.

Discimus, Omnes homines esse iudicandos, omnibusque comparandum esse coram tribunali, quales quales sint. *Episcopus sive Balneator quis sit.*

Nemo poterit declinare hoc iudicium, quantumvis sapiens, potens. Nemo poterit alium substituere, qui vices ipsius agat, cum omnibus ex æquo sit comparandum absque *αἰσχρολογία*.

*Actor. 17.* Iudicaturus est orbem terrarum, id est omnes ab Oriente, Occidente, Septentrione vel meridie, quia à quatuor ventis citabuntur ad tribunal.

*Mat. 25.* Congregabuntur ante eum omnes gentes terra.

*2. Cor. 5.* Oportet nos omnes statui & manifestari ante tribunal Christi, ut quilibet accipiat, prout gessit in corpore siue bonum siue malum. *Apo. 1, v. 7.* Videbunt eum omnium oculi.

V S V S *Ναθητικος.*

Cum igitur omnibus nemine excepto certo certius comparandum sit, nec poterimus quicquam allegare, neque excipere, neque appellare, prouidi simus in omni vita, ne vel verbis vel factis scienter Deum offendamus, Quis potius semper auribus nostris insonet illa vox: Venite mortui ad iudicium. Qualem quemque inuenit, Talem iudicabit. Simus igitur sobrii, vigilantes, ut digni simus comparere coram filio hominis. *Luc. 21.*

III. Pars.

*Norma iudicii, iuxta quam Christus pronuntiaturus sit sententiam extremi iudicii.*

Ioannes dicit: Et libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum,

Hæc

Hæc verba sunt repetita ex Danielis capite septimo, v. 10. ubi etiam agitur de extremo iudicio, quod throni positi & quod libri aperti sint.

Meminerimus hæc utrobique scripta, gesta esse in visione, in qua Davs se ad Danielis & ad Ioannis Theologi captum accommodat. Humano more hæc scribuntur & dicuntur, sumpta similitudine à forensibus iudiciis. Ibi aperiantur libri (Die gerichtsbücher vnd acta) in quibus singulorum delicta iuxta allegata & probata sunt descripta? & tandem recitatur etiam ex iisdem libris sententia vel Damnatoria, vel absolutoria.

Nequaquam autem putemus in altero seculo futura esse tam crassa spectacula in extremo iudicio Appellatur autem & illi libri qui aperti sint in iudicio, nempe quod vni fuerit liber vitæ, & alius, nempe è contrario, liber mortis.

Qui fuerit inuentus in libro vitæ, id est, qui crediderit in Christum saluus erit. Qui vero non est inuentus in libro vitæ, id est, qui non crediderit, conuictus in stagnum ignis, seu condemnabitur. Vide Apoc. 20. v. 15.

De his duobus libris vitæ, & mortis require in priorè parte concionum Exequialium peculiarem concionem pagina 854.

## LOCVS.

Deum probe obseruare & veluti adscribere omnium hominum recte aut secus facta.

Psal. 14. v. 2. Deus de cælo prospicit super filios hominum.

Psal. 1. v. 6. Nouit vitam iustorum Dominus.

Joan. 2. v. 25. 26. Nouit quid in homine sit, nec opus est vt quis testimonium perhiberet de homine. Ex parte habetur quod *morit omnes*.

Apo. 2. v. 23. Scient omnes Ecclesia, quia ego sum seruans renes & corda, & dabo unicuique iecundum opera sua. Actor.



Pietatem igitur, vult dicere textus noster, Deus, ( ex gratia propter Christum) remuneraturus est æternis præmiis impietatem vero Deus ( iusto suo iudicio) puniturus est nunquam finiendis suppliciis.

V S V S.

Non igitur audiendi sunt Pontificii, qui hoc & consimilibus dictis abutuntur, ad stabilendam iustificationem operum. Committunt namque falaciam secundum non causam ad causam. Quando enim author dicit, Deum iudicaturum seu daturum mortuis secundum opera sua, ibi opera nequaquam constituit causam æternæ vitæ, sed secundum illa, id est, secundum testimonium bonorum operum, prout ea demonstraverint hominem habuisse fidem in vita, in eaque ad extremum vsque halitum persistisse & obdormivisse, vel eadem desitutum fuisse, Deum pronunciatum, sentit.

Brevisiter: *Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.*

Phil. 2. v. 12. 13. Cum metu itaque & tremore nostram salutem operemur: Deus enim est, qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

Luc. 17. v. 10. Ac licet omnia fecissemus quæ præcepta fuissent, interim tamen dicamus nos inutiles esse servos. Tunc qui se humiliabit, exaltabitur, & euehetur in summam beatitudinem. Quam nobis solus Christus promeruit, Cui sit laus & gloria in sempiterna secula.

*Sequitur*

## THEMATIS EIVSDEM

XCVIII.

*alia*

DISPOSITIO, QUÆ EST FE-

LIC IS BIDEMBACHIID.

data in funere R. Z. An.

1605, die 15, Sept.

Heb. 9.

THEM

Heb. 9. f.

psa vero nu

Cum autem

religiana excep

amen multi ve

quod hoc præse

re de extremo

igitur, Angusti

quod sequitur

ita erant confi

1. Iudei sedet

2. Quinam a

obueniant.

3. Denotat

In visione (v

rea videores di

gitur quidem d

leg. 10. v. 18. 2.

et Denotatur

significat recti

tionum sedet

est Iesus Chri

ne darum iudi

celum & terra

ortuos.

L. Inter articu

quod Christus re

verbis proficam

par, dum ita vi

siue illufiores re

propterea totio

ones circumflan

nam illa fieri.

Heb. 9. sic ait Apostolus: Omnibus constitutum est mori,  
postea vero iudicium.

Cum autem de priori nemo dubitare possit, quia quotidiana exempla, & res præsens id testatur, de posteriori tamen multi vel dubitant, vel certe parum cogitant, ideoque hoc præsenti loco monet nos Joannes eleganti visione de extremo iudicio, quod mortem consequitur, Quia igitur, Augustino teste, nihil facit mortem malam, nisi quod sequitur mortem, de hoc dicendum erit, ideo hæc tria erunt consideranda:

1. Iudex sedens pro tribunali.
2. Quinam ante thronum stent iudicandi, & vnde illi adueniant.
3. De norma iudicii, & quis eius processus.

### I. Pars.

In visione (vt sæpe factum prophetis, & his qui propterea videntes dicti sunt) monstratur Johanni thronus. Legitur quidem de throno eburneo Salomonis inaurato, 1. Reg. 10. v. 18. 2. Paral. 9. v. 17. hic autem thronus candidus est. Denotatur eo non Maestas tantum, sed & candor, significat rectitudinem & veritatem huius iudicii. Super thronum sedet is, à cuius conspectu fugit cælum & terra. Is est Iesus Christus Filius Dei, de quo Act. 17. v. 13. cui omne datum iudicium. Joan. 5. v. 22. Is venturus est cum cælum & terra transibunt, Luc. 21. v. 33. iudicare vivos & mortuos.

L. Inter articulos cæteros symboli habemus etiã hunc, quod Christus rediturus sit ad iudicium. Licet autem hæc verbis profiteamur nos credere, re ipsa tamen plurimi negant, dum ita viuunt, ac si nunquam futurum sit iudiciũ. Hinc illusores refutat Petrus, 2. Pet. 3. v. 24. At qui scriptura propterea toties nobis inculcat hoc iudicium, & omnes circumstantias depingit, ac si oculis cerneremus iam ista fieri.

Aaa 2

Throni

Throni fit mentio non tantum hic, sed etiam 2. Corin. 10. & Rom. 14. v. 10. Daniel. 7. ver. 9. Ita iudicis sedentis super tribunali meminit scriptura, & ipse Christus Matt. 26. versicul. 64. amodo videbitis. Veniet autem visibili forma, quemadmodum hinc discessit, Actor. 1. v. 11. ac in magna gloria & maiestate, Matt. 35. ver. 31. cum Archangelis, 1. Thefl. 4. v. 16 ante faciē eius cœli & terra fugiēt ingenti fragore peribunt, 1. Pet. 3. v. 10. El 66 v. 22. Affessorum quoque fit mentio, Luc. 22. v. 30. 1. Cor. 6. ver. 2. Ideoq; de hoc nemini dubium esse debet.

Vs vs. Faciat hæc meditatio iudicii peccata cauere. Respice finem, Syrac. 7. v. 40. hic autem finis erit, finem cum mundus habebit. Hinc Hieronymo semper in auribus sonare illa vox videbatur: Surgite, &c. Venite, &c. Cogita enim, quam triste sit coram iudicio capitali sisti, vbi tantum corpus ad supplicium condemnari potest. Hic autem corpus & anima periclitatur.

## II. Pars.

Vnum autem est fere, quod maxime nos impedit, quominus de hoc iudicio cogitemus, videlicet dum id quod sequitur non sæpe animo nostro volumus: quinam scilicet sistendi coram hoc tribunali. Non enim putamus ad omnes id pertinere. At egregie docet Ioannes nos de hac re.

1. Generaliter, inquit, Mortui stabant ante Deum. Omnes quicumque à Primo Adamo ad nouissimum sunt mortui, sistendi sunt.

2. Sed fortassis ex mortuis tantum infime sortis homines? nihil minus. *Beude grof vnd klein* / & Cæsar & Subulcus, Episcopus & Balnearior.

3. Sed quomodo omnes sunt comparituri, cum multa aqua & igne absumpti, alii alia ratione interempti dudum euauerint? At mare reddet suos, quos accepit, mortuos, à piscibus olim deuoratos. Mors reddet mortuos, naturali scilicet morte, & in terram reconditos, vel

quo

quocunque modo consumptos. Imo etiam infernus suos est redditurus. Partim intelligit eos, qui in infernum viui descenderunt, vt Core, Dathan, Numer. 12. vers. 33. partim intelligit etiam animas damnatorum ex inferno redituras ad corpora, & sistendas cum corporibus ante iudicem & tribunal. Nec quos viuos deprehender nouissimus dies illi erant exempti. Nam & illi immutati sequetur ceteros, 1. Cor. 15. v. 51.

L. Paucula sunt verba, charissimi, quibus omnibus omnino hominibus ante tribunal Christi comparendum dicitur: *Magni & pusilli*, inquit, *stabant ante Deum*, Cæsares & Magnates, Reges atque Principes, & illorum consiliarii, nobiles, &c. & quicunque in his terris magni fuerunt, vel ratione doctrinæ, potentia, diuitiarum, viri patiter & feminae illustriores. Sed & minimi quique adertur, vel ætatis, vel conditionis ratione. In his terris multum privilegi habent magnates, multum iuuat pecunia diuites Murus ferus, Pro. 10. v. 11. Interdum ætas excusat. Interdum negliguntur omnino abiecti & pauperes At hic omnes comparebunt, omnes sistetur, 2. Cor. 5. v. 10. nemo poterit effugere si in mari abscondatur, nec cuius anima iam in inferno torquetur, securus erit sed comparebit.

VSVS. I. Facit hoc ad consolationem pauperum, qui in terris suis persequi & consequi non potuerunt, sed causa semper ceciderunt, si rem cum potentioribus habuerunt.

VSVS. II. Facit contra securitatem potentum & diuitorum. Veniet enim tempus, cum & illi iudicabuntur, qui hic tantum alios iudicantur, hic erit æqua lex, æqua sententia & stabunt quidem insti confidenter, Sap. 5. v. 1. ceteri vero timore horribili percussi astabunt. Ibidem, v. 2. Et hæc sæpius pensanda sunt. Nam longiorem moram non esse, vt quis sibi polliceatur aut imaginetur. Veniet enim citius opinione nostra. Fur in nocte, 2. Per. 3. v. 10. 1. The. 5. v. 2. Luc. 21. v. 35. Et quando finis vitæ appropinquabit, mox senties quid de te futurum sit. Nam in fine

homines denudatio operum, Syrach. 11. v. 29. & Augustinus: In quo quemque suus deprehendet nouissimus dies in eo iudicabit eum alter dies nouissimus.

## III. Pars.

At, inquis, fortasse mitius iudicabimur, quam tu nobis vis persuadere. Non omnia facta dictaque in iudicium vocabuntur. Non tam durus erit Rhadamanthus, non omnium in culpas a deo exquisitè explorabit? At Joannes ostendit quæ sit futura norma iudicii. 1. Profertur libri, & aperientur, & quidem libri diuersi. Vnus liber erit S. scriptura: secundum illum pronuntiabitur. Joh. 12 v. 48. Verbum quod ego, &c. Rom. 2. vers. 16. Iudicabit Dominus, &c. Alter liber est, in quo descripta sunt omnia opera impiorum. Illa examinabuntur ad regulam S. S. & ex illa pronuntiabitur contra eos. Neque vero opus erit proluxa recitatione cuiusque operis ex hoc libro, sed conscientia vnumquemque vel accusabit, vel excusabit. Hic enim est liber ille, & diarium istud in quo omnia nostra peccata consignata sunt exquisitissime. Et accusabunt se cogitationes, hominum, iuxta scripturam, Rom. 2. vers. 15. Iudicabuntur ergo singuli secundum opera sua, 2. Corinth. 5. v. 10. 1. Pet. 1. v. 17. Tandem vero aperietur liber vitæ, de quo Exod. 22. v. 31. Psalm. 69. v. 29 Phil. 4. vers. 3. in quo omnes erunt conscripti, qui & ipsi peccatores quidem fuerunt, sed aduocatum quæsiuerunt, qui mala illorum opera suo sanguine tegetet, & iustitiam suam illis imputaret, quique in fide obdormierunt, illorum mala opera non venient in iudicium, quia testis, Psalm. 32. v. 1. & in profundum maris præcipitata, Michæ 7. vers. 19. iuxta illud Johan. 5. v. 24. bona autem quia indubia fuerunt fidei testimonia prædicabuntur: iuxta illud Math. 25. Esuriri. v. 35, 36.

## L O C V S.

Hic, hic arrigite aures, charissimi, & attendite, quid in iudicio illo sit futurum, quomodo iudicandum, quomodo

modo pro  
libris aper  
bet. Preferim  
me descripta

uoni fore tra  
flus, etiam de  
nom Math. 11  
secretissime,  
no. v. 26. et enim  
Psalm. 90. v. 8.

Quid hic pe  
gitationes, ad  
psu. (Nota: hic  
iuxta verbum  
Oritem se  
strauerunt a vi  
non extant in

Quid ergo  
neo? 1. Post  
eops omnes in  
scriptura, & vi  
ui, cuius sum  
seruauerunt ve  
vers. 15.

2. Qui a ve  
fionem omnium

3. Qui pecca  
dolo, vt peccat  
temur, quæ car  
1. Timoth. 2.  
verum propi  
vra, qui vincit

Victoria autem  
tine quod cor  
& cruci affige  
ta libro vitæ.

modo pronuntiandum. De libris semper cogitare, & de libris apertis, de quibus Dan. 7. v. 10. ex quibus iudicium fiet. Præfertim autem de eo, in quo singula exquisitissime descripta extabunt. Nec est quod puteris multa obliuioni fore tradita. Etenim testis est locupletissimus Christus, etiam de omni verbo ocioso esse reddendam rationem Matth. 12. v. 36. imo etiam cogitationes hominum secretissimæ, & quicquid in occulto est reuelabitur, Mat. 10. v. 26. etenim occulta nostra stantur ante oculos tuos, Psal. 90. v. 8.

Quid hic putas futurum de te, si omnes sermones, eogitationes, actiones examinentur iuxta Decalogi præcepta. (Nota: hic possunt singula per decem præcepta deduci) iuxta verbum scripturæ, quod passim extat.

O tristem sententiam pronuntiandam contra eos, qui errauerunt à via veritatis, Sap. 5. v. 6. Væ, quorum nomina non extant in libro vitæ, Apoc. 17. v. 8. & 20. v. 15.

Quid ergo faciendum, vt inueniantur nomina nostra in eo? 1. Postquam per baptismum sumus inscripti, deinceps omnes nostras actiones conformemus ad librum scripturæ, & viamus secundum præscriptum verbi diuini, cuius summam habemus in Decalogo. Etenim qui seruauerit verba Christi non videbit mortem. Johan. 8. vers. 55.

2. Quia vero non raro peccatis nostris dedimus occasionem nomina nostra rursus dispungendi. (Exod. 35. v. 33. Qui peccauerit in me, cum ego delebo) curandum sedulo, vt penitentiam agamus seriam, & culpam deprecemur, quæramus aduocatum, 1. Joh. 2. v. 1. Mediatorem: 1. Timoth. 2. vers. 34. & ad eum confugiamus, vt pote ad verum propitiatorium, Rom. 3. v. 25. eiusq; fide innitamus vera, qui vincit eius nomen non delebitur, Apocal. 3. v. 5. Victoria autem est fides. 1. Johan. 3. v. 4. Tunc delebit omne quod contra nos est chirographum suo sanguine, & cruci affiget, Coloss. 2. v. 14. Is recitabit nomina nostra ex libro vitæ. Nouit enim qui sint sui, 2. Timot. 2. v. 19.

liberabuntur inscripti, Dan. 12. versi. i. ingredientur in san-  
ctum, Apoc. 21. v. ult.

NOTA. De libro vitæ vide peculiarem Dispositionem  
in prima parte Promptuarii, Pag. 906. Ex Apoc. 20. v. 15.

F I N I S.

T H E M A X C I X.

A P O C. 21. V. 1.

*Vidi cœlum nouum & terram nouam (primum enim  
cœlum & prima terra abierat) & mare iam non extat.*

D I S P O S I T I O.

In rebus terrenis communiter omnes ita affecti sumus,  
vt semper noua videre appetamus, quibus oculos pasca-  
mus.

Quod quidem (nisi nimis curiosi simus) non culpand-  
um, attamen nec adeo commendandum, si subinde ve-  
tera nobis sordescant, noua vero adlubescant.

At in cœlestibus nouis seu spiritualibus potius adeo vi-  
sio nouarum non est reprehendenda, vt potius vrgenda sit  
& inculcanda.

Talia noua & Joannes nobis ob oculos ponere vult in  
hac visione sibi olim reuelata, nobis vero nunc temporis  
reuelanda.

Vt igitur conuenienti methodo procedamus, duo tra-  
ctabimus: dicturi.

1. Quid per primum cœlum, terram & mare intelligat,  
quæ abierint & non extent amplius.
2. Quid per nouum cœlum & terram nouam velit.

I. Pars.

Primum cœlum & terram primam abiisse dicit Jo-  
hannes, & mare non amplius extare. Verba hæc sunt Pro-  
phetiæ

phetiæ, quæ  
teat fieri vt ip-  
tem hæc cu-  
transibunt.  
licat & ea, quæ  
creata, vt exte-  
in visione Pro-  
olita.

Dilectus h-  
um habuerit  
uta esse. Nut-  
tantum & pro-  
substantiam,  
cure etiam sop-  
in vitam que-  
Nos simus  
na. Testatur  
moia.

Quid egem-  
rit, 27. huius  
Multo vel  
est hic, cum m-  
nec concupis-  
Rom. 12. non  
dicamus. Tra-  
sumus sele-cti-  
semper est im-  
teris. Si ergo  
dem cautio it-  
te bap- / thum  
tate, non ter-

Vidi, inqu-

phetiæ, quæ reuelauit Deus seruo suo Ioanni, qui oportet fieri vt ipse fateatur: Apocal. 1. v. 1. Consentiant autem hæc cum verbis Christi Luc. 21. Cælum & terra transibunt. Nam quia primum hoc cælum, vt & terra, sicut & ea, quæ in eis sunt, vt est mare etiam, non ideo sunt creata, vt extent in æternum, nemini mirum videri debet, in visione Prophetica Joanni ostensa, esse illa omnia abolita.

## L O C V S.

Discimus hinc cælum & terram, mare etiam, quæ suam habuerint initium temporis, rursus in tempore peritura esse. Num autem sint peritura secundum accidentia tantum & proprietates inhærentes, an etiam secundum substantiam, de hoc non est coram vulgo disputandum, sicut etiam supra aliquoties monuimus. Possunt enim hæc in vtramque partem disputari. Nec desunt argumenta.

Nos sumus contenti verbis Christi, quod sint transitura. Testatur Petrus 2. Petri 3. quod sunt igni peritura omnia.

Quid egemus pluribus testibus? Paulus 1. Cor. 7. asserit, *quæ huius mundi præterit.*

Multo vtilius erit vltimum huius loci inculcare populo, qui est hic, cum mundus sit periturus, non diligamus mundum nec concupiscentias eius, 1. Joan. 2. Ideo hortatur Paulus Rom. 12. non conformemur nos mundo: sed ei longe valedicamus. Transit enim *quæ huius mundi*, 1. Cor. 7. & Joan. 15. sumus selecti de mundo à Christo. Qui mundus præsens semper est immundus. Cum peruerso (Psal. 18.) peruerteris. Sic ergo mundus crucifixus Galat. 6. v. 14. Monet idem cautio in die ascensionis, *Vnd fliehen stets der Welt ab / thun hrs zu Gottes Kindern.* Col. 3. Superna curate, non terrestria, Phil. 3. v. 13.

## II. Pars.

Vidi, inquit Ioannes, nouum cælum, & nouam ter-

ram. Hæc verba transumpta sunt ex cap. 65. Esaiæ v. 17 repetuntur etiam Esa. 66. ver. 22. In nouo testamento non hic solummodo allegantur, sed & post. Epist. Petri. 3. verfic. 12.

Vidit Joannes priori corruptibili cælo & terra perentibus, vt & mari non existente amplius, cælum & terram quæ noua erant. Id vult Joannes: Dominum omnia restitauraturum in Christo.

Edificium illud fore non amplius corruptibile, alterabile, seu variabile, aut mutabile, sed æternum, 2. Corinth. 5.

Terram vt & cælum non amplius vanitati subiecta, Roman. 8. fore, vt prius, Non opus fore solis & lunæ vsu, quia Deus illuminaturus sit omnia in omnibus omnia futurus sit.

Creaturas à corruptione, cui nunc sunt subiectæ, assertum iri in felicem illum statum integritatis & *αὐθαρσίας*

In describenda noua terra & cælo potest quis in unum æcerum congerere, quæ sparsim per totam Apocalypsin dispersa sunt.

In hoc ipso capite 21. latus campus deducendi cælum nouum, & terram nouam, patet.

#### LOCVS.

Fore post hanc vitam & statum huius vitæ aliquando longe felicissimum & augustissimum, quando nimirum plenaria regeneratio & restitutio præfectissima erit, sicut etiam Christus nouissimum diem regenerationem appellat, Matth. 19. v. 28. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis, &c. Ac comparat cum æstate, Luc. 21. & 24. Nam quemadmodum in hyeme omnia marcida sunt, & quasi mortua, ingruente autem æstate reflorescunt & renouantur.

Qualia autem futura sint illa omnia, experiemur in altera vita, hic vero nunquam perscrutabimur, oculos non

non vidit,  
Gott weiß  
Scimus  
atque in æ  
ra hinc inde  
iustitia reg  
In noua t  
firis nec fan  
iniquitatum  
uanda sit, V  
Satanam  
rugientis, q  
ram confitri  
phuris, ex q  
Abforbebo  
retera præte  
verf. 17.

Incipiam  
dum Deum  
v. 11. & 14. C  
& induamus  
ginem eius  
Consolat  
conspiciente  
tem illam, E  
cogitent on  
peccatum o  
ta veto glor  
1. Cor. 1. Mo  
tem Deo

non vidit, auris non audiuit, Esa. 64. 1. Corinth. 2. vers. 9.  
**Gott wöſſe, daß wirs erleben.** canit Ecclesia.

Scimus vero ex parte, & cernimus tanquam in speculo, atque in ænigmate quædam, 1. Cor. 13. v. 12. quæ scriptura hinc inde aperit, nempe quod in nouo cælo non nisi iustitia regnatura sit, 1. Pet. 3.

In noua terra non amplius erit mors, imo nec æstus, nec sitis nec fames neque luctus, neque dolor. Quod nihil inquinatum sit ingressum cælum & terram, quæ innouanda sit, Vide Apoc. 21.

Satanam non amplius obambulatorum instar leonis rugientis, quæ situm quem deuoret, sed catenis tenebrarum constrictum iri, & proiectum in stagnum ignis & sulphuris, ex quo nulla amplius redemptio, &c.

Absorbebitur mortalitas à vita, 2. Cor. 5. v. 4. Breuiter, vetera præterierunt, ecce noua fiunt omnia, 2. Corinth. 5. vers. 7.

Vſus huius loci est.

Incipiamus in hac vita fieri noua creatura, quæ secundum Deum sit, Gal. 6. v. 15. & 2. Cor. 5. v. 17. Vide 2. Pet. 3. v. 11. & 14. Coloss. 3. v. 9. 10. Exuamus veterem hominem & induamus nouum, renouemur de die in diem ad imaginem eius qui condidit nos, Eph. 4. v. 23.

Consolatione etiam hac se erigant omnes, qui gemunt, conspicientes talem *ἀντίθεσιν* rerum omnium, & curuitatem illam, Eccles. 1. v. 15. vbi bonis male & malis bene est, cogitent omnia hæc tenus in veteri statu fuisse & propter peccatum obnoxia corruptioni & imperfectiōni. In statu vero gloriæ nos triumphaturos illud *ἐπιβίβω*. Osee 13. 1. Cor. 1. Mors assumpta est in victoriam, &c. Gratia autem Deo per Jesum Christum Dominum, qui nobis dedit victoriam, 1. Corinth. 15.

vers. 7.

F I N I S.

THE

## THEMA C.

Apoc. 21. v. 4.

Et abstersurus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. & mors ultra non erit, neq; luctus, neque clamor, neq; dolor erit ultra, quia prima abierunt.

## DISPOSITIO.

Augustinus suo tempore querelam instituit, dicens: Nos vivimus in tempore, & nescimus, quid sit tempus, ubi de tempore, tanquam re imperuestigabili loquitur. Nos vero multo rectius conquiri hoc nostro tempore possumus de mundi statu peruersissimo, & tempore vere miserabili, dicendo, vivimus in tempore, & proh dolor non reputamus, qualem sit illud tempus, quam luctuosum & deplorandum, lachrymis & gemitibus.

Ut igitur in rem presentem deducamur, & ad *εὐνοσίχων* veniam huius temporis, ac vitæ, en collationem Ioannes Apostolus instituit huius temporis, & venturæ vitæ, ac indicat, quæ mala pii perpeffi sint in hac vita, &c.

Deinde quæ bona in altera vita sint expectanda talibus.

De his igitur duabus partibus age. } Quomodo describat statum presentis vitæ.  
 mus ex hoc textu. } Deinde quomodo etiam statum alterius vitæ depingat.

## I. Pars.

De prioribus dum loquitur, *τὰ πρῶτα ἀπέπληθον*, inquit, subindicat, hanc terram, quam inhabitamus, & hoc coelum presentem, sub quo vivamus, quoque fruamur, nobis non attulisse vllum verum gaudium, & risum seu lætitiã, sed omnis generis mala nobis subeunda fuisse. Mala autem illa, quæ abierint, non obscure prodit, dum meminit lachrymarum, doloris, luctus, clamoris imo & mor-

T  
 & mortis &  
 Brod. M.

Monet non  
 delictet non  
 moris Nam  
 tius eligend  
 gradus, con  
 ne, quantos  
 timur, &c.

Prima not  
 edimus, no  
 nos de que ex  
 multis dum v  
 rit sunt nun  
 clamoribus,  
 radimur, not  
 incidat in m  
 notitiam per  
 grinos, ubi in  
 gus, sum, a  
 puer, ludavi  
 etatem peru  
 pius omnis g  
 ðe, ibi rixæ,  
 nos excipiunt

Quis sefe  
 titimonium,  
 nos, & anci  
 viates edit, &  
 quotidiani d  
 ses Plal. 92. V  
 incunda est r  
 Non igitur  
 incommotis

& mortis. *Dann jammer/vnd noth/ist der Christen täglich  
Brod. Mors iuuenibus in infidiis, senibus autem in iactis.*

## L O C V S.

Monet nos Ioannes, qualis præsens vita dicenda sit, videlicet non nisi vallis lachrymarum, luctus doloris, ac clamoris. Nam hæc vita adeo repleta est malis, vt mors potius eligenda, imo & appellanda sit. Si enim iuxta ætatis gradus, considerare vitam humanam velimus, Deus bonæ, quantus sese cumulus malorum offert. Nascentes morimur, &c.

Prima nostra vox est eiularus, quo quasi Prophetiam edimus, nostræ vitæ infecutura. In cunis vagitus dies noctesque exaudiuntur. Pueritia obnoxia est doloribus multis dum variæ ægritudines sese offerunt pueris, quæ vix sunt numerabiles. Adolescentia non caret luctu, & clamoribus, dum ad discendum in schola vel officina erudimur, non absque plagis, verberibus, præsertim si quis incidat in manus alicuius duri Orbilii: Vbi ad aliquam noticiam peruenimus, mittitur extra patriam ad peregrinos, vbi in itinere imbres, ventos, pluuias, æstum, frigus, sitim, ac famem experimur. Multa tulit fecitque puer, sudauit, & alfit Multo vero magis, cum ad virilem ætatem peruentum est, vbi in mundo immundo ab impiis omnis generis dolores, & miseriæ sunt piis deuorandæ, ibi rixæ, contentiones, persecutiones, calumniæ, &c. nos excipiunt.

Quis sese non exerit dolor ac luctus, dum infelix matrimonium, immorigeros liberos, vicinos molestos, seruos, & ancillas infideles experitur. homo? quos non clamores edir, & lachrymas fundit? seniū vbi opproinquat quotidiani dolores, morbi, &c. Vers igitur exclamat Moses Psal. 90. Vita labor, & dolor, &c. Syr. 41. O mors, quam iucunda est recordatio homini male habenti, &c.

Non igitur hanc vitam præsentem refertam plurimis incommodis plus iusto amemus, cum sellis plurimum, & mel-

& mellis parum habeat Transiuimus per uallem lachrymarum, Psalm. 84. vers. 7. Cupiamus potius cum Paulo dissolui, & esse cum Christo, ubi Christus nostra vita, & mors nobis lucro est, Phil. 1. Oremus cum Dauide Psalm. 142. v. vlt. Educ animam meam ex carcere scilicet corporis huius.

Quam diu enim uiuimus in his terris, anima ergastulo corporis est inclusa, quæ libenter ex corpore, tanquam ex malo hospitio migraret. Elias dum à Isabele nullibi potest esse tutus, orat: Domine aufer à me hanc animam, &c. licet ex impatientia quadam istud fuerit profectum. Vide 1. Reg. 19. v. 4. Militia namque est vita hominis super terram Hiob. 7. & dies mercenarii Et si nullum aliud esset certamen tamen spiritus, & caro luctum habent perpetuam Galat. 5. v. 17. Itaque Paulus Rom. 7. v. 24. Quis me liberabit, ait? Simeon cupit ex hac vita migrare, sed in pace, &c. quo subindicat, *Er sey bißhero in vnseriden gewewesen*. Luc. 22. v. 20.

### II. Pars.

Quid uero sequetur melius, ubi priora superauimus, uidelicet luctum, dolorem, clamorem, & lachrymas? Deus (inquit Joannes) absterget omnem lachrymam ab oculis eorum, de piis autem, & electis loquitur, Similitudo uidetur esse desumpta à parentibus, qui, ubi liberi ob dolores & clamores, lachrymas profuderunt multas, illos consolantur uerbis, & gestibus, *συμπάθειαν* etiam declarant hac ratione, ut abstergant lachrymas ab oculis eorum, ita Deus pater *ἡσυχῆ* & blandus *σπλαγχνίζεται*, ubi uidet nostras afflictiones, luctum, & dolorem, & consolatur, quemadmodum mater filium unicum, Esa. 66. Deinde ait, Mors non amplius erit, quia absorpta est, dum uita, & mors duello confixere mirando, dux uitæ mortuus regnat uiuus, Triumpham ager de hostibus nostris, ut & suis, & sicut scabellum pedum ipsius, Plal. 119. v. 1. Cum igitur mors sit deuicta, non amplius

TH  
amplius op  
malum,  
lotus, elam  
Alludit  
etiam redem  
etiam fore  
que exponit  
cap. 7. vers. vlt.  
fit mentio, p  
licitas alteri

Dicimus,  
in qua nulla  
etiam mors,  
16. v. 12. Nam  
do diuertent  
retax manet  
iustus, qui cor  
& 1. Timoth  
promissiones  
male sit, sed  
tam. Illa expe  
emplo sit Laz  
& hulerofus,  
accepit Ideo  
solationem a  
tur rursus, ubi  
gnem celestem  
suis similitudi

Patienter ig  
morem in hac  
4. v. 17. que p

amplius opus clamore ob luctum, dolorem, vel vllum malum, &c. quia priora defecerunt, sc. tempus luctus, doloris, clamoris, & mortis.

Alludit sp. sanctus ad verba Esaia: cap. 25. vers. 25. Vbi etiam redemptio piorum per Messiam ipsorum ( quem etiam fore Deum testatur ) perficienda consummandaque exponitur. Idem etiam supra habetur Apocalypso cap. 7. vers. vlt. Vbi de absterfione omnium lachrymarum fit mentio, per quam *φύσις* aperte significatur summa felicitas alterius vitæ, causa videlicet pro effectu posita.

## L O C V S.

Discimus, Restare aliam vitam post hanc grumnosam, in qua nulla angustia, afflictio, tribulatio, morbus, nec etiam mors, sed verum gaudium, quod nemo tollet, Joh. 16. v. 12. Nam licet in hac valle lachrymarum pii à mundo diuextent multipliciter, tamen nihilominus Deus verax manet, qui promissit retributionem piis, sic etiam iustus, qui compensat pietatem, De his Matth. 5. vers. 12. & 1. Timoth. 4. vers. 8. Non quidem videmus in hac vita promissiones Dei semper compleri, vt bonis bene, malis male sit, sed sæpe differt remunerationem in alteram vitam. Illa expectanda est; tum spe salui simus. Rom. 8. Exemplo sit Lazarus, Luc. 16. qui in hac vita fuit & egenus, & hulcerosus, licet piissimus, & hic remunerationem non accepit. Ideoque in sinum Abrahæ deportatus est, vbi consolationem accipit anima illius, donec corpori consocietur rursus, vbi sicut gestauit imaginem terreni etiam imaginem cælestis Adami gestabit, 1. Cor. 15. v. 49. Id Christus similitudine parturientis explicat, Joh. 16.

*Consolatio.*

Patienter igitur feramus hunc luctum, dolorem, & clamorem in hac vita, cum omnia sint momentanea, 2. Cor. 4. v. 17. quæ paritura sunt gloriæ pondus immensum, &c.

inest.

ineffabile. Oculis non vidit, auris non audiuit, neque in  
 cor hominis ascendit, quæ Deus præparaturus sit diligen-  
 tibus ipsum. Esa. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9. Hac consolatione  
 semetipsum & alios erexit Paulus Rom. 8. Non reputo pa-  
 res esse afflictiones huius vitæ, &c. 1. Johan. 1. Sumus qui-  
 dem nunc filii Dei, spe videlicet, sed nondum apparuit,  
 quid futuri simus. Similes illi erimus. At sicut ipse per  
 passionem intravit in gloriam patris cœlestis, Luc. 24. v.  
 26. Ita oportet nos conformes fieri Ro. 8. v. 29. imagini ei-  
 us, & per multas tribulationes intrare in regnum Dei,  
 Act. 14. v. 22. Disposuit nobis regnum, sicut ei pater dis-  
 posuit, &c. Luc. 22. v. 29. Qui seminant in lachrymis, in  
 exultatione metent. Psal. 126 v. 5. & 6. Quis pauper non  
 toleraret libenter ad biduum squalorem carceris, si sci-  
 ret, se deinceps per omnem vitam posse commensalem  
 esse principis in aula, &c. Quanto magis temporales affli-  
 ctiones sustineamus, quia immortale gaudium, & æterna  
 felicitas expectanda, de hoc 2. Tim. 2. Si compatimur,  
 etiam corregebamur &c. Si commorimur, etiam si-  
 mul cum ipso vivemus, videlicet in gloria vi-  
 tæ æternæ, à qua ne mors quidem ipsa  
 poterit abstrahere, Ro-  
 man. 8. v. 38.

APPEN-

II. P  
 EXEQ  
 sition

Ecc

P<sup>r</sup>incipis  
 triarchæ  
 diligenter o  
 scitum, Syr. 6  
 39. v. 1. & se  
 nabimus, ni  
 possimus ut  
 tatus per luf  
 doctrinam a

Vocat Iſa  
 de carne ferit  
 At hæc non f  
 mentū cond  
 mea insequat  
 ſicut patet e  
 verbis comp  
 ceſſerat anim  
 eſſeſquadrag  
 eth annis aliq  
 quadragenar  
 putatione vid  
 illi in Meſopo